

1
2
3
4
5
17
1.
2.
3.



1708.

1. Grollmannus, Melch. Vethmarus: De jure associationis
2. Klotz, Wilhelmus: De usufructu conjugum statuta-
ris, cumprimis Francofurtensi.
3. Mollenbecius, Bernh. Ludovicus: De traditione symbo-
lica.
4. Weberus, Immanuel: De crimine adulterii ^{reformationis}
viuorum.
5. Weberus, Immanuel: Jus hominis circa se ipsum.
Commentatio ad . . . Pappendorffii P. I. c. v. de officio.

1709.

1. Bertram, Joh. Tacatus, Jo: De conditione ex causae
2. Broekelmann, Hermannus Henricus: De concursu plu-
rimo in feudis
- 3^o = Grollmannus, Melch. Vethmarus: De necessaria ultima-
rum voluntatum praedictione, (Sept. 1709: 175).

4. Hertius, Ioan. Nicolaus: De commentitiis apertis
et paragi distinctione in Rom. Germ. imperii princes.
partibus profanis et comitatibus.
5. Hertius, Ioan. Nicolaus: De renovato Rom. Germanici
imperii et regni Bohemiaci nexu.
6. Hertius, Ioan. Nicolaus: De pluribus hominibus
personam unam gerentibus
7. Wucherer, Conrad Christ: De legibus fundamentalibus
in genere, et singulatim in imperio Romano Germanico

1710

1. Hertius, J. Nicolaus: Nobilitas veteris Francorum
regni usque ad excessum Ludovici Tric.
2. Hertius, J. Nicolaus: De divisione regnorum
vel quasi.
3. Hertius, J. Nicolaus: Epitipnides perlocutionum
iuris Germanicarum.

4. Hinz, Barthold Gunkel: De Notam Concurrentium
antelatione
5. Mack, Johann Antonius: Extrajudicialia comoral
Imperialis
6. Nitzsch, Antonie Gregor: De foro privilegiato
7. Pfiffording, Fr. Georg: De desertione uadimonii
8. Waclker, Simon Tobias: De con- et disconuersentio
juris communis et Statuterii Norimbergensis, quoad
materiam inventarii

Handwritten text on the right edge of the page, oriented vertically.

Main body of handwritten text, appearing as faint bleed-through from the reverse side of the page.



2. D. B. V.
DISSERTATIO JURIDICA,
DE

287/1
1708/1

JURE ASSECU- RATIONIS,

Som Assorantz Recht/

QUAM

DIVINA FAVENTE CLEMENTIA,
IN ALMA HAC LVDOVICIANA
PRÆSIDE,

DN. MELCH. DETHMARO
GROLLMANNO,

JCTO CELEBERRIMO, NEC NON PROFESSOR
JUR. ORD. h. t. FACULTAT. JURID. DECANO
SPECTABILISSIMO,

IN ACROATERIO JCTORVM SOLENN
HORA NONA MATVTINA

PUBLICÆ ET PLACIDÆ ERUDITORUM
VENTILATIONI SUBJICIET

DIE XV. MARTII M DCC VIII.

FRIDER. AUGUST. de CLETTENBERG
ET RHODA,

Aut. & Resp.

GISSÆ-HASSORUM,

Excud. JOH. REINH. VULPIUS, Acad. Typ. Ord.

Yellmann de iure assecurationis



DISSERTATIO JURIDICA

JURE ASSECTU
RATIONIS

DE
DIVINA FAVENTE CLEMENTIA
IN ALEXANDRO PANDONICIA
PRÆSIDE
DR. MELCH. DETHMAR

GROHMANN
IACOBI DETHMARUS
THEOLOGICÆ FACULTATIS JURIS DOCTOR
IN AGRATINO VOTIVUS
PUBLICE ET LEGITIME

FRIDER. AUGUST. & C. THIBER.
ET RHODA.

MDCCCLXXXIII
HASSONIUM
JOHANNES VULPIUS



ILLUSTRIS AC LIBERÆ
SAC. ROM. IMPER. REIPUBL.
FRANCOFORDIAN. Æ.

SENATUI.

MAGNIFICO. INCLVTO.
PUBLICÆ. TRANQUILLITATIS.
PALLADIO.

JUSTITIÆ. PRÆSIDIO.
FELICITATIS. MEÆ. ARBITRO.
OPT. MAXIMO.

IN. FIDEL. ET. OBSEQUII.
ASSECURATIONEM.
HANC. DE. IPSA. ASSECVRATIONE.

TABULAM.

IN DIVÆ. MEMORIÆ. TEMPLO.
AD. GRATITUDINIS. ARAM.
CUM. PERENNANTIS. GLORIÆ. VOTO.

VENERABUNDUS. APPENDO.
MEI. SIMVL. MEORVMq. STVDIORVM.
PATROCINIUM.

SUBMISSE. EXORANS.

AUTOR.

ALUSTRIS AC LIBERT.
SAC ROM IMPER REIPUBLIC.
FRANCOFORDIAN.A.
SENATI.
MONITIS INCITO
PUBLIC. TRANQUILLITATIS
PALLADIO.
IUSTITIE PRESIDIO
FELICITATIS MEAE ARBITRO
OTT. MAZANNO.
IN FIDEL ET OBSEQUII.
ASSECURATIONEM
HANC DE IUSA ASSECURATIONE
TABULAM.
IN FIVE MEMORIA TEMPIO
AD GRATITUDINIS ARAM.
CUM PERENNANTIS GLORIE VOTO
VENERANDUS ATQVE
MIL SIMA MEMORIA PATRONUM
PATROCINIUM
SHEMISE EXORANT
AUTOR



PRÆFAMEN.

Quod integris Jctorum tractatibus jam dudum
 proposita, tot Drum Consiliis elaborata, & velita-
 tionibus etiam Academicis publicè discussa, rur-
 sus in Cathedram prodire audeat *ASSECVRATIO*,
 id non tantum Amplissima hujus Materiæ dignitas, in-
 exhausta ejus profunditas, in theoria pariter ac praxi
 difficultas, in foro præprimis Mercatorum frequentia,
 & casuum quotidie in societate civili emergentium
 novitas, sed præsertim Venerandi Dni Parentis, cui
 obsequii gloriam debeo, expressa voluntas, unice effe-
 cit. Hic quippe in evolvendis perlegendisque Au-
 toribus, præsens thema ex professo enucleantibus
 ut plurimum Principia vel laxa, vel restricta nimis, au-
 certe minus tuta, insuper incompta non raro de maxi-
 mi ponderis quæstionibus Judicia, indeque in Deci-
 sionibus controversiarum, sæpe veritatem sine ratio-
 nibus, vel palliatas sine veritate rationes, sagaciter ad-
 vertit, proindeque si hic studiorum meorum pericu-
 lum

lum facerem, meosque qualesquales in Jurisp. profectus, publico quodam scripto testarer, memoratisque ante defectibus occurrerem, non sine fructu fore, existimavit. Quamvis vero opus hoc & ætatem & exiguas ingenii mei vires longe ut fateor excedat, quia tamen jus hicce mihi merito pro lege est, quod ex asse forsitan præstare non potui, id ad minimum tentavi, genuina hujus materiæ fundamenta, ad quæ in exorientibus noviter difficultatibus, tanquam ad sacram Anchoram recurrere, indeque media decidendi petere licet, una cum rationibus vel ex negotii natura, aut juris dispositione depromptis, solide quoad possibile fuit, subministravi, a doctissimis quidem Viris, quia diversis utor principii, sæpe divortium facio, sed tamen eorum vel plane non, vel non nisi summa cum modestia mentionem facio; interim a te B. L. ne de labore meo antequam totam materiam perlustraveris & bene pensitaveris, sinistre iudices, iterum atque iterum contendo. Quod si Deus vitam & vires concesserit, in extensiori forma, suo tempore, præsens Dissertatio lucem aspiciet, mentemque meam, præsertim in iis quæ concisè posita sunt, apertius declarabit.

SUM.



SUMMARI A.

IN §. 1. commoda florentis, itemque incommoda langu-
scentis Mercatura afferuntur, indeq. quod plures in
mundo Republica eam omnibus modis promoveri al-
laboraverint, interque securitatis media Assuratio-
nem quoque invenerint, demonstratur.

Assuratio vocem, a puritate latini sermonis abhorre-
re, nec quo ad omnia cum securitate convenire, eam
quoq. aliis negotiis subinde applicari, docet. §. 2.

Synonymū huius conventionis non est, uti nonnulli asserunt,
aversio periculi, nec indemnitas praestatio, aut sponso,
sed quia uno verbo hoc negotium vix exprimi potest,
barbarū hoc verbum ꝑ Cui retinuerunt, pro diversifi-
cat et athen populorum aliis & aliis nominibus Assuratio
indigitatur. §. 3.

Definitiones Scacciae, Marquard. Garsii & Stypmanni aliorum
que in §. 4. rejiciuntur.

Et alia in §. 5. adducitur ibiq. quod Assuratio non semper
sit contractus innominatus, probatur.

Juxta §. 6. est, contra quam communiter Interp.
volunt, in se & sua natura conventio nuda,
que varie in aliud genus contractus transiit
veluti emtionem venditionem, ubi insimul dubia re-
moventur.

A


Locat.

Locat. conduct. contractum Innominatum Stipulationem &c.
§. 7.

In §. 8. Sub distinctione Assuratio contractibus B. F. & St. Juris contra Peretz annumeratur.

Sub §. 9. Explicantur verba definitionis in §. 5. propositæ, Divisionem in terrestrem & maritimam puram conditionatam & in diem factam, definitam & indefinitam, scriptam & non scriptam. §. 10. continet.

Justitia Assuratiois, cum resolut. L. 5. de Naut. fenor. & C. fin. X. de usur. in §. 11. & 12. late adstruitur.



SECTIO I

Preliminaria Thematiss complectitur.

§. I.



Sicuti florescens inter Gentes Mercatura, Cives in externis ex asse fortunatos, Ararium nuñis opibusq; dives, eminentem præ cæteris populum facere, affluentemque in iis, quæ imite cælum patriæ denegavit abundantiam, procurare, & nescio quæ non singularia, in privatos æque ac Rempubicam, commoda; prono quasi alveo derivare, languescens è contra Negoriatio, tenuem opibus populum, excos mediis subditos, inermem subsidiis Imperantem efficere, cunctosque in deplorandum paupertatis statum, conjicere solet; Et memorata
tam

ram insignis utilitas, quo magis per negotiationē maritimā promovetur, tantō majoribus eadē periculis, sive per improvīsā tempestatis adversitatem, sive per improbam depraedatorum manum, inopinatum hostium incursum, concitatam ad latentes scopulos allisionem, sive denique alio quodam, nunquam cogitato fato, exposita conspicitur: Ita Omnium quotquot in hodiernum usq; diem, præ aliis in mundo eminent Rerum publicarum, præcipua eo collimavit cura, ut mercatura certis non saltem regulis fundaretur, stabilitaq; in perenni semper flore conservaretur, verum etiam singularibus & accommodatissimis huic negotio juribus atq; prærogativis fulciretur, vid. *Laut. in diss. de jure in foro Mercat. usq. Marq. de Merc.* Huc quoque prudentes legum conditores, ut in secundis simul, ac adversis, alii participes lucri & damni existerent, pluresque sustineant quod unus vix sine totali bonorum dispendio ferre potest, respexerunt, quo inter alia antiquitus quidem re ipsa cognita, noviori autem tempore certo nomine designata, spectat *Affecuratio*, quam in singularem Reipublicæ utilitatem, non saltem apud Florentinos & Genuenses de quibus testatur *Scaccia de Commerc. & Mercat. §. 1. q. 1. n. 130.* Sed & Baravos, Anglos, Gallos, Venetas, aliosque populos magnopere frequentari, & experientia & singulares deluere emissæ constitutiones, satis abundeque testantur.

§. II

Est autem verbum hoc à pura latinitate abhorrens, veteribus Jctis incognitum, usu ab exteris ad Jurisprudentiam translatum. vid. *Stypm. de jur. mar. num. 7. &*

A 2

seq.

seq. item 220. & seqq. ævoque nostro in foro mercatorum
 canonicatum. Et quamvis Securitatem, conventio hæc
 respiciat, indeque per allusionem quandam derivatio-
 nem forte fortiatur, tamen cum non omne id, quod nos
 securos facit ad *Assecurationem*, pertineat, generalitas
 istius vocis, alia, quæ ab hac materia remotissima sunt,
 etiam ambita suo complectatur, imo JCTi hoc nomine
 specialem paciscendi modum, quo ratione dubii & acci-
 dere valentis periculi, securi efficitur, indigitare volue-
 rint, hinc nimis late, si definitioni Securitatis Nominali,
 (cujus mentio fit in *L. 3. C. de Navic.*) diutius immore-
 mur, modosque, quibus ea contingit enarremus, à sco-
 po divagabimur, longius autem, si quod Marq. de *Jur.*
Mercat. L. 2. c. 13. n. 5. & seqq. alii que faciunt, Securi vo-
 cem quatenus vel in bonam vel malam partem sumi-
 tur (vid. *L. 1. §. 1. ff. de Jur. & fact. Ignorant. Dnus.*
Schrag. de Assec. §. 3. in medium producamus, a meta re-
 cedemus. Illud saltem meminisse juvabit, quod per
 JCTos etiam extra materiam negotiationis, vox *Assecura-*
tionis aliis rebus non raro applicari solet, veluti Securita-
 tas intuitu dotis *Fab. in Cod. L. 5. r. 7. d. 2. 3.* Card. de Lu-
 ca in *Theatr. verit. & Just. tract. de dot. disc. 48. n. 2. disc.*
88. n. 2. 4. seq. disc. 117. n. 4. Judicii: Card. de Luca *d. l. de*
pens. disc. 31. n. 3. seq. disc. 94. & passim *Salvus Conductus.*
Vinc. de Franchif. d. 717. *Assecuratio* nuncupatur, ita &
 Juramenti *Assecurationis*, quod alii fidelitatis vocant *2.*
Feud. 7. a. Borell. tom. 1. d. 58. mentio fit. Nos vero illam,
 quæ intuitu periculi, propter merces aliò transvehendas,
 præstari solet, securitatem intelligimus.

Etſi quoque ex Hug. Grot. *de J. B. & P. cap. 12. §. 33. in ſin.* Marq. *de Merc. L. 2. c. 13. n. 1.* inter Synonyma hujus conventionis, Averſionem periculi, & contractum præſtandæ indemnitate numeret, tamen id omnino, pace tantorum virorum, perperam fieri aſſerere audeamus. Non enim Averſio periculi, Indemnitate præſtatio ſunt termini cum Aſſecuratione convertibiles; neq; ſequitur eſt Averſio periculi, ergo & Aſſecuratio; nam ita conventionem hanc cum Empt. Vend. non raro invita Jprud. confundemus vid. *L. 35. §. 6. L. 62. §. f. de Contr. Empt. L. 1. §. 1. de peric. & commod. rei vend. L. 4. §. 1. & 2. ff. eod. Struv. Exerc. 25. theſ. 11. & indemnitate præſtatio fidejuſſioni certo reſpectu applicatur, hancque indemnitate fidejuſſor præſtare tenetur *L. 116. de V. O. L. 15. §. 1. de fidejuſſor. Marq. Vol. 1. Conf. 24. n. 221. Carpz. Illuſtr. deciſ. 14.* multo minus Synonymum hujus vocis, (quod itidem aſſerit Marq.) erit Sponſio, hoc enim verbum ambiguae ſignificationis eſt, vid. *L. 2. de Sponſ. & L. 18. §. f. de P. V. L. 3. de Alea.* Struv. *Exerc. 15. theſ. 58* neque tranſvectionem mercium periculumque futurum, ſed alium quemlibet præſentem vel futurum eventum, modo turpitudinem ab actu ſecludamus, reſpicit vid. *Strach. integr. tract. de ſponſ. Struv. cap. 16. deciſ. Sabbath. 20. & ſeqq.* Ut ferme dicere auſim, nullam in latino ſermone vocem quæ Aſſecurationis naturam penitus exhaurire poſſit reperiri: Et hæc quoque ratio fuit, cur Jcti moderni temporis, barbarum hocce Aſſecurationis verbum, tanquam negotio iſti aptiſſimum, potius retinere, quam impertinentia & aliud longe denotantia, (quod alii irrito conatu faciunt*

faciunt,) substituere maluerint. Illud interim omnes notant, Affecurationem Hispanis Seguros simpliciter, vel ut vult Marq. Seguros de Mercadores Dn. Schrag. *de Affec. th. 3. in fin.* Dn. Hert. *in paræm. L. 1. paræm. 43. §. 4.* Anglis Quidnezzam, Italis Sicurezzam, Stypm. *de Jur. Marit. p. 4. c. 7. n. 266.* Lusitanis Apostam. Gallis, Assurance, vid. *Const. Lud. XIV.* Batavis Contact. **Van Versekering off** Affecuranze Marq. *d.l.* aliis aliter, pro ut idioma cujuslibet populi fert, appellari.

§. IV.

Quod definitionem realem attinet, mirum in modum variant interpretes, & quidem Scaccia *de commerc. §. 1. q. 2. p. 3. lim. 6. n. 5.* Affecurationem esse contractum emptionis vend. in quo Affecuratus emit periculum & Affecurans illud vendit, asserere non dubitat. Sed quamvis demus, aliquando conventionem hanc Empt. Vend. similem dici posse, uti notat Santern. *de Affec. tom. 6. fol. 348. Scacc. d.l. 2. 1. n. 129.* Et quidem isti speciei quæ per aleam contingit *L. 8. §. 1. de contr. emt. vend.* tamen quia certum est non desiderari hic pretiũ in pecunia numerata existens, quod emtio vend. essentialiter requirit *§. 1. 7. de Empt. vend.* imo gratuitum quoque (uti infra demonstrabimus) hoc genus conventionis esse potest, insuper contractus nomen, pro genere hujus negotii, quod variè perficitur non recte ponitur, ut taceam incongrue dici, Affecuratum emere periculum, qui potius liberationem, ab improvise fato intendit, & affecuranti pretium suscepti periculi præstat, *L. 5. de Naut. fenor.* hinc ob tot notatos in descriptione defectus, isti vix tuto inhærebimus. Succedit altera, quam nobis exhibet Marq. *de Jure Mercat. 2. c. 13. num. 8.* quod sit

mer-

mercium qua alio deferenda, sinistro casu, sive periculo, tam terrestri quam maritimi itineris amittuntur, restituendarum, vel damni inde emergentis, per conventionem facta cautio: At incongrue hic loco generis ponitur cautio, uti & teste Seaccia c. l. n. 229. Garfias, & ex eo Lopez. de cont. l. 2. c. 16. in f. contractum fidejussionis Asssecurationem minus recte nominat, ea enim negotium principale constituit, in cujus firmamentum, nullam essentialiter fidejussionem vel cautionem praeterea desideramus. Porro non tantum mercium amissionem, sed & earum damnificationem Asssecuratio intuetur. Neque laudare possumus docti cujusdam viri descriptionem, quando inquit: *Esse contractum quo alienarum rerum pericula, casusque fortuitos suscipimus certo pretio, scriptura interveniente definita*, nam & hic quoque genus inconveniens reperitur, non enim ut ex infra dicendis apparebit, contractus sed conventio est Asssecuratio, deinde certi pretii, ab Asssecuratore praestandi mentio fit, cum tamen ea etiam gratuito initi queat; scriptura insuper etsi communiter adhiberi soleat, non tamen ad essentiam hujus conventionis pertinet. vid. *Sett.* 3. §. Iisdem ferme vitiis laborat definitio Stypm. quam *de jur. Mer.* pag. 4. c. 7. num. 226. adducit, Asssecurationem inquires esse *Contractum nominatum, seu conventionem, de mercibus aliunde transvehendis, pro certo pretio*, frustra enim contractum, cujus certa ac determinata à jure forma est, cum conventionem quae varie perficitur confundimus, deinde non semper pretium à parte Asssecurati intercedit, unde & merito generalis illa quod fit *conventio indemnitate, pro certo premio* rejicitur descriptio, indemnitate namque ut supra demonstravimus, etiam in aliis

contractibus locum obrinet, L. 9. §. 2. *Locat. L. 6. C. de Pig. Act.* propius ad rem facit, quod habet Stracha in *præf. de Affec. n. 46.* quod sit alienarum rerum sive maris, sive terra exportandarum periculi susceptio, modo verba sequentia omittas, certo constituto premio.

§. V.

Nobis est: *Conventio, qua mediante periculum rerum alio transportandarum in nos suscipimus.* Dicitur (1.) Conventio: ut spinosam illam, quæ tot scripta JCo-
 rum complevit, controversiam, an Affecuratio contra-
 ctus nominatus, an innominatus, & ad quam speciem referenda sit, evitemus? Enimvero, contractum inno-
 minatum, *do ut facias* hic tantum subesse, communis ferme Drum Schola tradit, ita ut auctoritatem tanto-
 rum virorum seponere, injuriosum quodammodo vi-
 deatur, E multis, *vid. Struv. cum alleg. Ex. 25. th. 46. & in Dec. Sabb. c. 16. d. 1. cum seqq. Dn. Stryk. incaut. contr. S. 3. c. 5. Marq. L. 2. c. 13.* Et quidem non vacat jam argu-
 menta eorum quæ retulit. *num. 48. & seqq. Stygm. p. 4. c. 7. abundeque n. 129. & seqq. refutavit, in medium proferre, fragilitas interim hujus assertionis, ex duobus potissimum patescit, veluti quod 1. contractus innominatus principium habeat à datione vel facto L. 3. §. 2. L. 5. de Cond. caus. dat. L. 1. §. 2. de Rer. permut. L. 3. eod. L. 7. §. 1. de Pact. hæc vero in terminis nudæ conventionis subsistere, & nihilominus firmam hodie obligationem producere possit, deinde 2. contractus do ut facias, vel facio ut des, dationem sicque rei interventum præcise desideret, L. 5. §. 2. L. 7. & 24. de præscript. verb. dd. text.* Ast Affecuratio etiam uti in-
 fra



infra ind. § 22 Clare demonstratū dabimus, gratis fit, quomodo igitur eandē, indistinctē in numerum contractuum innominatorū tuto referre valebis? Interim tamen cum subinde in hac conventionis specie, similitudinem quandam, quæ maxime ad contractus innominatos accedit, utputa, si rem tibi dem, vel aliquid faciam ut tu vicissim mercium mearum suscipias periculum, intervenire, negari nequeat, hinc ut nostram in tanta Dd. varietate sententiam explicemus.

§. VI.

Credimus firmiter, Asssecurationem certam determinatamque contractus speciem, ab aliis, indifferenter propria quadam forma essentialiter distinctam, minime dici posse, verum in se, ac sua natura esse conventionem in genere, quæ sicuti Jure Rom. terminos nudi pacti varie egreditur, inque aliud genus contractus transit, ita & Asssecuratio per diversos contractus, quatenus placita partium se habent, celebratur, quoties enim pro certo pretiō in pecunia numerata consistente mercium indemnitate tertius promittit, Asssecuratio naturam emtionis venditionis induit, tunc enim Asssecuratus Emptor, Asssecurans obligationis ad indemnificandum Venditor est, & obligatio ad æstimationem, quæ perinde ut in Emptione speci contingit, actu secundo existere & deficere potest, instar mercis se habet, præmium vero naturam pretii sustinet *L. 4. & 5. de naut. fœn.* Omneque id quod in emtione alex obtinet vid. *L. 8. §. 1. de contr. emt. l. 12. de act. emt. L. 7. & 11. de act. vel hered. vel act. vend.* huc commode applicabitur. Santer. *tract. de Asssec.*

B curat.



curat. p. 3. num. 17. Scacc. de commerc. & mercat. 2. §. 1. tit. de Affecur. n. 1. & p. 6. lim. 6. quam sententiam non infringunt, docti cujusdam viri, argumenta, quando putat, (1) ita remedium. L. 2. C. de Resc. Vend. semper in hoc negotio intentari posse, verba ejus hæc sunt: Quam enim proportionem habet periculi pretium puta octoflo-
rem ad obligationem præstandi valorem mercium naufragio perditarum nonaginta duorum floren-
rum, certe nunquam subsisteret hic contractus, cum Remed. L. 2. C. de Rescind. Vend. quod Interpretes ad contractus venditionis instar obtinentes, veluti rem æstimatam, dationem insolutum, permutationem, divisionem, locationem ex parte locatoris alias produ-
cunt, semper locum obtineret. Contra mentem saniorum, qui de Affecuratore aliquid notarunt. Sed oppido gallitur, in spei namque Emptionibus ob incertum rei eventum Remedium d. l. 2. semper exulare, infra doce-
bimus. Minus stringit, (2) quod de vacua rei possessione tradenda, ad quam venditorem obligatum esse constat, L. 11. §. 2. de Cont. Emp. L. 1. de ker. perm. L. 13. §. 3. de Jur. jur. L. 2. §. 1. L. 3. de Act. Emp. L. 12. C. de Prob. L. 8. §. 2. de Acq. poss. multis verbis urget, nam (1) quam possessionem venditor piscium eandem etiam Affecuratore hic præstare, deinde merces ab interitu liberat aut rei quam loco earum solvit, vacuam possessionem tradere obligatur, quod (3) objicit Affecuratore nunquam solo consensu ad modum Emptionis perfici, sed scripturam solennem desiderare, id, si de essentia, loquitur, eadem facilitate, qua asseritur, negamus, si de probatione ipsi sermo est, facile concedimus, sed tunc substantiæ hujus negotii

negotij nec quicquam tribuit, aut adimit, potius rem in eodem statu relinquit.

§. VII.

Porro, etsi usus mercium nunquam soleat aurigæ vel nautæ in transportatione earundem concedi, tamen nescio, an non & Asscuratio similis Locationi Conductio- ni tunc existat, quando cum Nauta ita convenit, ut merces in Portugalliam pro certo sed pinguiori nauo transvehat, simulque eas asscuret, nam in locationem & conductio- nem, qui primus contractus est, tunc incidit Asscuratio arg. L. 1. §. 13. de *deposit.* L. 72. de *contr. emt.* idque magis obrineret, si placuisset, ut nauta merces in loco desti- nato, non præcisè in specie, sed in genere restitueret L. 37. ff. *Loc. Cond.* Rursus ad contractum innominatum spectat, quando res quædam extra pecuniam numeratam alicui datur, ut quis periculum mercium transportandarum suscipiat. Insuper ubi nuda conventio in stipulatio- nem deducitur, naturam hujus contractus Asscuratio assumet, quod abinde apprime comprobatur, quod sti- pulatio firmandorum pactorum causa primitus Jure Ro- mano introducta fuerit, pr. J. de *V. O.* ibique Vinnius L. 45. de *pact.* L. 3. C. de *rer. perm.* Nemo etiam ut opinor, quorics gratuita est periculi susceptio & pretium merci- bus ab initio haud præfinitum, conventionem hanc proxime ad donationem accedere, facile negabit, me- rum enim intuitu Asscurantis onus est, ratione Asscu- rati vero certo respectu lucrum.

§. VIII.

Ex quibus insimul illa, sine magno labore: utrum Asscuratio contractibus bonæ fidei an stricti Juris accen- senda

tenda fit? deciditur quæstio. Et quamvis Perez. *tit. C. de Naut. fœnor. num. 22.* eam stricti Juris esse indistincte autumat, nobis tamen id à natura contractuum præmemoratorum dignoscendum esse videtur, nam si Asseruratio in Empt. Vend. degenerat, utique bonæ fidei erit, §. 28. *7. de Act.* sin in contractum do ut facias, stipulationem, vel donationem, strictam ejus essentiam agnosceamus, prædicta tanto minus paradoxa videri debent, quanto evidentius est; nullum Asseruratori certum inter contractus Jure Rom. locum, assignatum esse, hancque speciem quandam pacti trajectitii constituere, proinde cum diverso considerandi modo & de hoc & de alio contractuum genere participet, nos certam ei classem attribuere non potuimus.

§. IX.

Longius forte quam oportuit circa hanc materiam occupati fuimus, recurrentum itaque ad verba supra præpositæ definitionis, fecimus autem (2) mentionem *periculi*, quæ vox hic regulariter non denotat periculum culpæ *L. 5. §. 7. Commod.* pro ut Imperator non raro eo nomine utitur, *L. 13. §. 1. de Liber. Caus. L. 1. §. 16. de furt.* sed casus fortuiti *L. 23. de R. J. L. 17. §. 2. de Præs. verb. L. 9. §. 1. 7. & 8. ff. Commod. §. 3. J. de Emp. Vendit.* dicimus (3) *Rerum*, ut denotemus Objectum, cujus explicatio suo loco subsequetur, addimus (4) *aliò* intellige sive per mare, sive per terram exportandarum, par enim utrobique subest ratio, denique, *in nos suscipimus*, ut non aliter Asserurationem quam quand o utriusque consensus coit in unum, firmam ratamque esse insinuemus.

§. X.

§. X.

Communiter Asssecuratio in *Terrestrem* quæ periculum rerum per terram transvehendarum, & *Maritimam*, quæ casum fortuitum, mercium per mare transportandarum respicit, dividi solet, cum enim utrobique rebus nostris damnum imminere queat, hinc mirum non est, si in utrumque casum hoc remedio prospiciatur, quamvis posterior in praxi frequentius existat Dn. Hertius cit. *paræm. §. 43. th. 6.* Add. Dn. Laut. *Colleg. Theor. Pract. tit. de naut. fæn. §. 4. & 8.* Porro sicuti qualibet pactio purè, & sub conditione, aut in diem iniri potest, §. 2. *cum seq. §. de V. O.* ita idem de Asssecurationis conventionione statuemus, *arg. L. 5. & 6. ff. de Naut. fæn. L. 122. §. 1. de V. O.* etli quod obligationis ab Asssecurante susceptæ executionem attinet, omnis Asssecuratio hac tacita nitatur Conditione, si casus fortuitus intercesserit, Santer. *de Asssec. p. 3. num. 24. & 42.* Marq. *de J. M. L. 2. c. 13. num. 12. & seq.* Denique à circumstantiis alia *Definita*, quæ certo loco, tempore aut casu determinatur *arg. d. l. 6.* alia *Indefinita* dicitur, quæ generaliter concepta, & nullis limitibus circumscripta est; Ab accidente vero in *Scriptam* & non *Scriptam* dispesci poterit de quibus omnibus & singulis ex sequenti discursu, clarius patebit.

§. XI.

Antequam vero negotii hujus naturam elucidemus operæ pretium erit præliminarem, quæ ab omnibus ferme tangitur quæstionem, utrum Asssecuratio jure defen-

defendi queat? subincudem mittere: sane jus natura
 ræ habet se mere passive, & hac de re nihil determina-
 vit, imo liberrimam cuilibet de rebus suis disponendi fa-
 cultatem juxta *L. 21. Mand. concessit*, adeoque ut etiam
 soli fortunæ bona tua committere queas, nullibi prohibi-
 bit, Covarr. *tom. 1. p. 2. c. peccatum de R. 7. in 610. §. 4.*
n. 1. & seqq. quem inter alios laudat & sequitur Struv.
Exerc. 25. thes. 56. Quo ad jus Civile illud quidem quo
 quis in ludo, sua forti committit, ob rationes in *L. 3. C.*
Aleat. assignatas, veritum reperitur, nullibi vero extra
 casum lusus, fortunam tentare interdictum, imo spon-
 siones licitæ creduntur. *L. 108. de V. O. L. 3. & 17. §. 5. de*
Præf. Verb. Finckelth. O. 33. Zoef. tit. de Aleat. num. 10.
Hering. de Fidejuss. c. 18. num. 52. Carpz. Prax. Crim.
quest. 134. num. 432. Struv. cap. 16. decis. Sabbath. 20. li-
 cet enim eo jure, nullo judicis decreto in contrarium ex-
 istente, vid. *L. 18. qui test. fac. poss.* rebus suis abuti. *L. 25.*
§. 11. de hered. pet. & pro suscepto rei alienæ periculo,
 annuente jurisprudentia, præmium aliquod capi posse,
 Exemplum tum Naut. fœnoris *L. 1. & 101. tit. ff. & C. eod.*
 tum fidejussionis, *L. 6. §. 7. Mand. L. 23. C. ad Scrum.*
 Vellej. evidenter comprobatur, quo & facit *L. 31. 36. Lo-*
cat. L. 23. de O. & A. L. 6. C. de Pig. Act. add. Gonzal.
ad c. f. X. de Usuris, num. 4. Negotium facessere vi-
 detur *L. 5.* ubi propter periculum quidem præmium acci-
 pere permittitur, alicui modo tamen non in alex speciem
 (qualem nos hic subesse supra innuimus) cadat, *de Naut.*
fœn. Dn. Hert. cum Hottom. num. 5. obs. 2. & Gloss. pro
alex legit, si modo in aliam speciem non cadat ut denotetur,
 contractus do ut facias vel non facias minus recte cum
 incer-

incerto trajectitiæ periculo comparari , eo quod in inno-
minatis Contractibus magis b. fides, quam periculum re-
spiciatur Retenta vero Ordinaria Lectione vid. Wissenb
disp. 42. th. 28. & Bach. ad. T. V. 1. disp. 3. th. 2. lit. D.

§. XII.

Major difficultas est intuitu juris Canonici, pro-
pter textum in cap. *f. X. de Usur.* ubi Pontifex ait: *Naviganti vel eunti ad nundinas, certam mutuans pecuniam quantitatem, eo quod suscepit in se periculum, recepturus aliquid ultra sortem, usurarius est censendus*, eoque haud obscure, cum qui propter susceptum in se periculum aliquid capit, tanquam usurarium notat, & quidem Gonzal. *ad cit. loc. num. &* differentiam hic inter Jus Civile & Canonicum admittit, existimans, quando Creditor pecuniæ mutuae datæ periculum subit, & quicquam ultra sortem accipit, hoc usurarium, quod mutuo adjicitur, censerit, secus autem esse in Assesuratione, ubi v. g. mutuo celebrato, postea separatim securitas pecuniæ trajectitiæ pro certo pretio suscipitur. At quia in dubio inter jus Canonicum & Civile diversitas non est ponenda, *c. 1. X. de Nov. op. nunc.* textus in genere ultra sortem ob periculum sine ulla distinctione, utrum in ipso contractu mutui an ex post ita conventum fuerit, aliquid accipere vetat, in super nulla ratio disparitatis, cur creditor dum mutuam pecuniam dat, ad instantiam forte debitoris periculi pretium capere, non vero ex post facto id accipere prohibeatur, dari potest, causa enim præstationis utrobique non est tam mutuum quam periculum, dicendum porro foret si omnis generis usuras
hic

hic damnatas statuere velimus Pontificem verba Christi
*Matth. 7. v. 12. non recte intellexisse, aut aliud in C. 16.
 & 18. de usur. constringisse, & ea quoque ratio est, cur As-*
securationem jure Canonico permissam judicemus. Alii
igitur c. fin. de nimia inæqualitate inter periculum & usur-
as intelligunt. vid. Dn. Laut. in Colleg. Theor. Pract. tit.
de Naut. fœn. §. 6. sed huic resolutioni propter id aliquid
vix fidere possumus, imo pontifex diserte negat, quic-
quam ultra sortem ob periculum capi posse. Molin. de
Usur. quest. 3. num. 95. explicat textum de casu ubi tan-
tum fingitur subesse periculum, quod tamen nunquam
metuendum, verum loquitur Pontif. de Navigantibus &
ad Nundinas euntibus quos in itinere periculis variis ex-
positos esse, nemo facile negabit, denique potest com-
mode explicari c. f. de casu quo creditor non aliter egen-
ti vult dare mutuam pecuniam, quam si ei quoque periculi
susceptionem, quo tutius majores usuras, tanquam præ-
mium, in fraudem Legum prætereundum queat, comittere vel-
lit, quod certe iniquissimum foret, bene enim Santer. de
Assec. p. 1. num. 10. & 11. ait: Aut susceptio periculi est, im-
mediate causa ejus quod ultra receperit, ut in Assecuratio-
ne, quia ideo habeo certum quid, quia in me suspicio hoc
periculum, & non est usura, aut mutuum est causa imme-
diata & est usura. Nec excusatur quis hoc casu ratio-
ne periculi, ut in d. c. fin. voco mutuam causam immedia-
tam quando aliter non eram mutuaturus, nisi receptu-
rus aliquid ultra sortem, hancque explicationem sequi-
tur. Dn. Schrag. de Assec. th. 1. in. f. Zoef. sub tit. de Naut.
fœn. num. 4. alii que à Gonzal. n. 7. allegati. Fatendum
tamen quod si textum, cujus teste Gonzal. d. l. con-
stans

- Peregrini & Advena, Mares & Fœmina (ubi quid in fide-
jussione indemnitate obtineat, obiter docetur,) No-
biles & plebeji. §. 4.*
- Milites & Pagani, Clerici & Laici hanc conventionem in-
eunt. §. 5.*
- Fit Assuratio ab uno vel pluribus, immediate per nos-
metipsos vel mediate per proxenetas, generali cum
libera, vel speciali mandato instructos. §. 6.*
- Finis hujus negotii triplex assignatur in §. 7.*
- Objectum est periculum extrinsecus obveniens, non vero
vitium rei intrinsicum, sed quid si hoc specialiter
quis susceperit? vid. §. 8.*
- Casus fortuitos suscipiens etiam ad insolitissimorum præ-
stationem tenetur. §. 9.*
- Assuratio nulla est ratione damni præteriti, etiam si uterq;
hujus rei ignarus fuerit, alio tamen modo conventio
valere potest. §. 10.*
- Inter casus fortuitos si navis a piratis vel capiatur, non
obstante quod Assuratus ejusdem cum hoste nationis
sit, vel vis injusta adhibita fuerit. Item si navis le-
vande gratia aliquid fuerit, ejectum, numeratur, &
quid si certi tantum casus fuerint expressi? §. 11.*
- De culpa tertii & ipsius Navarchi agit. §. 12.*
- Ad objectum spectant merces, & an harum appellatione es-
t an veniat pecunia, vita hominis &c. §. 13.*
- Exulant hinc merces vulgo contrebande & secundum Or-
din. quorundam locorum cibaria, stipendia militi-
bus assignata &c. §. 14.*
- An sub Assuratioe navis simpliciter facta, veniant et-
iam merces in ea contenta? §. 15.*

Quan-

Quando merces habeo cum aliis communes, num Affectura
 tio in genere facta etiam consorti prodest? & an merci-
 bus generaliter Asscuratis, etiam veniat pecunia?
 §. 16.

Porro ad objectum pertinent res Alio transportanda, hinc
 ubi nulla inferuntur navi, nulla quoq. erit Asscura-
 tio, & quid de duplicata mercium Asscuratione sen-
 tiendum? §. 17.

Asscuratio respicit vel Aurigas Nautas itemque naves in
 genere, aut in specie, ubi varii casus elucidantur.
 §. 18.

Consideratur hic terminus a quo, iter ipsum & terminus
 ad quem, conventionis autem lex exacte in omnibus
 est observanda, & quando periculum incipiat desi-
 narve in §. 19. exponitur.

Formam substantialem in genere paciscentium consensus
 efficit, specialis ex natura cujuslibet contractus, cui
 accedit Asscurationis petenda, consensus vero dirigi-
 tur in estimationem mercium intercurrentium, que
 quomodo pro diversitate loci & temporis facienda?
 patet ex §. 20.

Quid si merces partim servata fuerint, partim interierint,
 an tunc commodum asscuratarum quatenus plura
 in loco ad quem appulerunt, vendi queunt cedat As-
 securantibus? §. 21.

Pramii, pro periculo suscepto prestationem, ad Formam Af-
 scurationis accidentalem non substantialem perti-
 nere late probatur, neq. opus est ut illud in pecunia
 numerata precise consistat, & pro diversitate peri-
 culi modo majus modo minus esse potest. §. 22.

Et si scriptura non sit de Essentia Affecurationis, tamen in eam probationis gratia sapius redigi solet, hocque instrumentum pollice nuncupatur, & unde hoc nomen manaverit? §. 23.

Quanam huic instrumento inseri soleant, in §. 24. declaratur.

§. I.

Notum est causas in *Externas*, ad quas *Efficiens* & *Finalis*, & *Internas*, ad quas *materia* & *forma* referuntur. plerumq; dividi: Quo ad *Efficientem*, quæ rursus in *Remotam*, & *Proximam* dispescitur, priorem assignare artis & ingenii est, præstantissimi enim, inter doctos, *Viri*, Affecurationem olim penitus incognitam & factum novioris temporis esse autumant, inter quos *Hugo Grot. L. 2. c. 12. §. 3. inf.* Ipse *Stypm. de Jur. Mar. c. 7.* ante ducentos annos nec multo longius, inter *Italos* postea *Hispanos* hanc conventionem cœpisse, post dein ad *Belgas* transisse *num. 7. & seqq. d. l.* affirmare audet, & *Hering. de fidej. c. 12. num. 3.* negotium hoc jure civili penitus ignoratum esse candide asseverat, indeque consuetudinem mercatorum ab imperantibus tacite vel expresse approbatã, per diversas de super latis eorum *Constitutiones* pro causa efficiente venditat *Marq. de Merc. L. 2. c. 13. num. 10. & 16.* Verum enim vero, etsi primævam hujus juris introductionem, ab usu mercatorum, qui participes periculorum quærunt, cœpisse, in præsentiarum negare nolumus, *Exercitium* tamen hujus conventionis, ad *Seculum* decimum quartum, demum cum *Stypm. d. l.*

d. l. testringere velle, nobis minus probabile videtur, partim quia jam tum Cicero in *Epist. ad Canin.* si non explicite, saltem implicite hujus pactionis meminit, quando scribit: *Se Laodicea prædes accepturum, omnis pecunia publica, ut & ipsi & populo cautum esset, sine vectura periculo,* quod toridem ferme verbis etiam comprobat Sueton: in *Claud. c. 18.* & quis nescit assimilationem inter pecuniam trajectitiam ipsamque Assesurationem: die quæso cur Romani permiserunt, ut securitas tribueretur pecuniæ trans mare vehendæ *l. 1. ff. & C. de Naut. fen. &* eam quæ in mercibus contingit ignorarunt, an non utrobique idem subest naufragii metus, imo ni fallor *L. 1. de Naut. fen.* susceptionem periculi etiam mercium, pecunia creditoris emtarum nomine, diserte approbat. Igitur verbum quidem noviori tempori, rem ipsam vero antiquitati adscribemus, eamque magis per *Constit. Philippi II. Regis Hispaniarum de Anno 1570.* Gallor. Regis Ludovici XIV. Venerarum per Capitula, quæ in *Libro de Consulatu Maris* inscripto, continentur, & per omnes ferme Christianæ orbis nationes ut vult Card. de Luca *d. l. num. 6.* robur suum exercent. Amstelodamensium *de Anno 1508.* Roterda. *1535. art. 23.* Middeburgensium *de Anno 1600.* vid. Grot. *Inleydinge tot de Hollandsche Rechts Gelacitheyt L. 3. tit. van Versekering. n. 3.* indies magis magisque excultam, bonique publici causa subinde restrictam esse, neque aliud Card. de Luca *ibet. ver. & Just. rom. 4. tit. 3. de Cred. & Deb. discurs. 107. num. 4.* quando dubitat an juri communi hoc genus ignotum fuerit, indigitasse opinamur, & nescio an non idem nobiscum Excellent. Dn. Herrius *d. l. §. 7. cum allegato* ibidem Tabore sentiat.

§. II.

Causam proximam hujus conventionis Marq. d. l. Lib. 1. c. 4. & L. 2. c. 13. num. 14. & seqq. in itineris marisque periculo ponit : Alius personas ad hanc conventionem ineundam habiles, pro causa propinqua substituit, Ast utrumque minus recte, non prius, quia ita causa Introductionis itemque Finalis, cum Efficiente, non posterius, quia sic Subjectum cum Causa confunditur, dicendum itaque causam Efficientem proximam, in voluntate paciscentium, consistere, hoc enim negotium sicuti in se nudum pactum, ut supra demonstratum, constituit, hoc vero pro causa efficiente utriusque consensum præsupponit, L. 1. §. 2. de Pact. imo nulla conventio sine consensu fit, omnesque consensum vel efficienter vel formaliter quoque præsupponunt, qui nos aliam huic pactioni causam assignare poterimus? Add. L. 3. verb. conveniat L. 5. §. 1. ff. ibi omnibus & pactum sine stipulatione ad augendam obligationem prædest L. 4. C. de Naut. fœn.

§. III.

In Personis autem, quæ in hanc conventionem consentiunt, requiriturabilitas, adeoque quod juris communis regulas attingit, omnes illi qui valide paciscuntur, & liberam rerum suarum alienandi facultatem habent, recte quoque hoc genus conventionis tam Active quam passive incunt, potestate autem ista destituti, penitus hinc arcentur, quales qui sint, generaliter ex iis, quæ Dres de pactis tradunt, facili negotio, colligi

gi poterit, Add. Struv. *Ex. 6. th. 35.* & Dn. Stryck. *de C. C. 5. 1. C. 2. per. tot.* neque enim tam vulgaribus & quibuslibet notis diu immorari, & temporis ratio & materiae dignitas permittit, quod vero Ordinationes certarum Provinciarum vel Civitatum speciales concernit, ex & fraudis praecavendae & temeritatis avertendae gratia, non promiscue & sine delectu, quaslibet personas ad hanc conventionem admiscere: Ecce enim per constitutiones Baravorum Asssecurationem suscipere nequeunt, (1) Judices in causa Asssecurationis Constituti. *Grot. d. l. 3. c. 14. §. alle Luyden.* uti nec ipsis Asssecuratio recte fit, idem est (2) in eorum V. G. Ministris, *Grot. d. l. ibi Alle Luyden mogen versikeren / ende haer laten versikeren nytgenomen de Regters gestelt over't Stuck van Versikering / ende Hare Dienars* quod certe rationem communem habet, tuto enim vix aliquis à Judice in suavorumq; causa aequum judicium expectabit *L. 17. d. Jud. L. 10. de Jurid. tot. tit. C. ne quis in sua caus. arg. L. 12. de Rec. qui Arb. recep.* (3) Publicani, quia hi jam tum Reipublicae tenentur, ne exinde fiscus detrimentum capiat, add. *L. 49. Locut. L. 11. C. ne tut. vel. Cur. vect. L. 1. §. 1. ad L. Cornel. de fals.* *Grot. d. l. (4) Proxenetæ* qui ad id sunt ut alios ad Asssecurationem disponant, non ipsimet periculum suscipiant. *Grot. verb. Als oock Colleenacs ende Wafelaers.* quo & (5) à cit. Autore referuntur Nautæ, Aurigæ, Plaustrorumq; Conductores, etsi certo respectu ipsorum merces asssecurari queant. ibi: *Voorts Wagen Luyden / Voort Luyden / vracht Luyden en mogen niet versikeren: mogen oock Hare Wagens karren ofte parrden niet laten versikeren / dat*

dan onder de Hefse van bewarde vom dien/maan haer soon
geinfints.

§. IV.

Illud extra omnem dubitationis aleam positum esse arbitror, Peregrinos & Advenas æque ac Cives Assesuratio-
nem mercium facere posse, est enim cum ipsis juris Genti-
um communio, neq; à commerciorum usu indiscrete arcen-
tur *L. 4. C. de Comm. & Merc.* aut liberum mercaturæ exer-
citiū cum bono reipublicæ pugnat, quin potius illud extin-
de, quando extranei participes damni nostri sunt, non ra-
ro augetur. Marq. *L. 1. c. 21. per tot.* quod & probe confide-
ravit modernus Rex Galliarum, hinc in ordinatione sua *Art. 1.*
diserte peregrinos ad hanc conventionē celebrandam in-
vitavit, & jam olim laudi id tribuitur Ludovico XII. quod
non minus esset protector peregrinorum, quam populi
sui pater, uti notat Thuan. *Hist. Contin. Lib. 7.* Interim sta-
tuta vel laxiorem vel restrictiorem circa hanc materiam
potestatem concedere possunt. Neque sexus rationem
hac in re habendam esse autumo, hic enim non inspi-
citur præstantia maris, ut melioris conditionis præ fœ-
mīna haberi debeat Struv. *Ex. 3. th. 2.* Conventiones
ex quibus accessorie non obligantur recte ineunt, r. r.
ad Scrum Vellej. & negotiationem exercere non prohi-
bentur mulieres, *L. 32. §. 4. de Aur. & Arg. leg. L. 7. §. 1.*
de Instit. Act. L. 1. §. 16. de Exerc. Act. L. 7. C. de Incest.
Nupt. L. 5. G. ad Scrum Vellej. Auth. ad hoc C. de lib. toll.
Unde sua sponte fluit, quod fœminæ Assesuratori in-
demnitatem promittere nequeant, tunc enim non prin-
cipaliter, sed accessorie obligarentur, quod Jura vetant.
Add.

Add. Struv. *Ex. 21. th. 3.* Quid de Nobilibus dicemus? certe si vera est eorum hypothesiſ, qui non poſſunt mercaturam exercere nequeunt Aſſecurare, etiam hoſ ab hoc negotio arceamus: Verum enim vero, quia Aſſecuratio eſt conventio, à qua nullibi Nobiles leguntur excluſi, neque gentes differentiam in præcepto obligationis, inter dignitatem perſonæ faciunt, ipſum Claudium bona aſſecuraſſe, ſupra demonſtratum fuit, neque cur plebeji magis quam Nobiles bona ſua periculo exponere queant, firma ratio dari poteſt, hinc argumentum à mercatura ad Aſſecurationem deductum non eſſe adæquatum, neque neceſſario concludens, facile fatebimur, Aſſecuratio ſiquidem, non eſt opus quotidianum ſicuti negotiatio quaſtuofa, adeoque dignitatem hominis non imminuit, & da quaſo differentiam cur ad ſponſiones Nobiles admittere, eos vero ab Aſſecuratione excluſere velis? & num tu ab aleæ Emptione, remoram eſſe viſ Nobilitatem, Legesque hac in materia indifferenter loquentes ad plebejos contra generalitatem textuum in *L. 12. de Aſt. Emp. L. 8. §. 1. de Cont. Empt.* reſtringere tentabis? Statuendum itaque communiter Aſſecurationem à Mercatoribus fieri, non tamen cuiuſcunque ordinis vel dignitatis homines ſint, inde eliminari. Add. Marq. de *Jur. Mercat. L. 12. C. 13. num. 17.*

§. V.

Quia igitur Aſſecurationem non eſſe mercaturam, etſi à mercatoribus fieri ſolet, evicimus, hinc etſi Milites comèrcia exercere prohibeantur, *L. 1. C. negot. ne militis,*

milit. L. 15. C. de Re Milit. propterea tamen ab Affecuratione non excludentur, non enim hæc uti negotiatio, eos ab exercitio militari impedit, nisi dicere velles quamlibet conventionem remoram militiæ creare, quod absurdum est, quotidianæ quoque sunt inter milites sponfiones, neque Juri Communi ut arbitræ vetitæ, cur non igitur & illis hoc genus pactionis permittemus? Est enim intuitu periculi, par utrobique ratio, speciali quidem ratione à fidejussione, nisi in rem suam satisfatores existant, arcentur *L. 31. Loc L. 8. §. 1. qui satisd. cog.*, inde tamen ad conventionem Affecurationis, tanquam negotium separatum & principale, non est inferendum, imo quia hic utilitas propria non aliena subest, ex *L. 8. §. 1.* magis nostra sententia firmatur, quam destruitur. Venio denique ad Clericos, quos Passive Affecurationem inire posse nemo facile negabit, cur enim illi ad peregrinas oras tendentes, mercium suarum securitatem aliis præmium offerendo, non æque procurare possent, ac id Laicis permissum legitur, nulli enim, ut illi hac in parte deterioris conditionis præ his sint, constitutum reperitur: An vero Active Affecutores agere queant, major dubitatio est: sane negotiationem exercere prohibentur *C. 9. & 10. distinct. 88.* sed inde ad Affecurationem frustra inferri diximus; Putamus igitur, Clericum qui se huic negotio seculari spe lucri immiscet, male quidem agere. arg. *C. 13. caus. 14. q. 4. c. 4. caus. 33. q. 3.* Sed si de facto affecura verit, conventionem tamen propterea irritam non esse, sustinebimus, recte enim ex Barb. *loc. L. 16. c. 13. axiom. 29.* docet Br. *ad L. un C. Neg. ne milit. n. fin.* multa male fieri, quæ tamen si facta sunt, firmitatem obrinent.

§. VI.

§. VI.

Ceterum parum refert utrum Asssecuratio fiat ab uno, an à pluribus, imo rarissime hodie reperitur negotiator, qui solus mercium in navi contentarum asssecurationem facere aut possit aut soleat, quod eleganter deducit Card. de Luca. *tom. 4. tit. 3. de Cred. & Deb. discurs. 106. num. 1. ubi & num. 21. demonstrat, Asssecurationes active & passive vel immediate per nosmet ipsos, vel mediate per Proxenetas, negotia ejusmodi tractantes, sive in eadem, sive in diversa provincia, vel pro parte mercium, vel in solidum contingere* Add. Ssrach. *de Asssec. class. 3. num. 3. modo tamen quod mediatorem attinet, speciali mandato vel generali cum libera (si non donandi animo asssecuratio fiat L. 7. de donat. L. 13. de man. L. 7. §. 1. quib. mod. pig. solv.) instructus sit §. 43. Inst. de Rer. div. L. 27. §. 7. L. 28. L. 58. & 68. de procur. L. 79. de V. O. Auth. in brev. Jur. L. V. c. 6. num. 4.*

§. VII.

Finem cum Excell. Dno Hertio *d. l. §. 10.* triplicem facimus, & quidem (1) intuitu Reipublicæ Asssecuratio promotionem commerciorum, utq; per hoc genus conventionis Civitas conservetur, & indies magis magisque florere incipiat, (2) ratione Asssecurati averfionem periculi, indemnitaris procurationem, merciumque securitatem (3) quoad Asssecuratores spem lucri & rebus prospere cedentibus patrimonii augmentum respicit, quod & observavit Scaccia *de Comm. & Mercat. §. 1. q. 7. p. 1. Auth. d. l. num. 7.*

D 2

§. VIII.

Ad causam Internam Materia & Forma pertinet, materia seu objectum (1) in periculo, quod casum futurum incertum, extrinsecus accedentem requirit, consistere videtur. *arg. L. 17. §. 2. de P. V. L. 4. §. 1. 7. & 8. Commod. L. 15. §. 2. & 4. ff. L. 3. C. Locat. dixi extrinsecus, qualis qui ab adversa tempestate, ventorum impetu, piratarum depredatione, exorto incendio, fulminis tactu, infestis mari scopulis, syrtibus, hostium incurſu, alterius Gentis represſaliis, arrestis &c. oriuntur. atq; eo ipſo damnum à vitio rei intrinſeco promanans, utputa si vina acuerint, ex fructibus ranci, vermiculique ob æſtum exceſſive prementē, aliamq; causam nascantur, aut in genere tales res sint, quæ tempore deteriores fieri solent, excludimus L. 15. §. 2. loc. pericula namque itineris, Assëcurator, non vitia mercium præstat, cum causa hujus damni originarie ex re ipsa sit, non aliunde obveniat, unde recte concludit, Card. de Luca in *Theatr. Verit. & Jusſit. d. l. de Cred. & Deb. tr. 3. tom. 4. discurs. 106. num. 34.* si merces discrimine tempestatis, quod nimirum mare procellis agitatum, eas corruperit, Assëcuratores teneri, se-cus si aliunde damnum ipsis acciderit. Veluti si merces e. g. Vinum aceſcat, grana à curculionibus, ligna à terredine, panni à tineis, carnes à thermis, vel alia materia à muribus aut blattis corrodantur, vel per aliam humiditatem consumantur, ac deteriorentur, inquit Scytm. l. c. num. 321. idque in tantum, ut damna ab intrinſeco provenientia, ne quidem volentes Assëcuratores suscipere posse, aliqui statuere non vereantur, quibus meum qualem-*

leuncq; calculum adpicere non audeo, nulla enim hic in
 paciscendo moralis turpitude subest, natura negotii quo-
 que neutiquam refragatur, cum utique incertum sit an
 talis res vitio intrinseco sit interitura, & insuper susce-
 ptio istiusmodi periculi, in iure non sit infrequens, sed
 sæpius facta legatur, ita venditor qui regulariter casum
 fortuitum non præstat, mortem animalium & fugam ser-
 vorum §. 3. de Emp. Vend. periculum acoris & mucoris
 in L. 1. & 15. de pericul. & comm. rei vend. licite suscipit,
 & casum factæ Asssecurationis frumenti ex nimia calefa-
 ctione corrupti proponit Card. de Luca d. l. discurs. 108.
 ut itaque contrarium in puncto juris verius iudicem.

§. IX.

Hic illa inter Ddres satis agitata, utrum Asssecurator
 per periculi susceptionem, se tantum ad solitos an vero et-
 iam ad casus insolitos obligasse censeatur, subintrat
 quæstio? & quidem nemo facile improbabit Consilium,
 Marq. de Merc. c. 13. num. 67. in materia controversa &
 disputabili tutius esse, si Asssecurator, qui ad casuum in-
 solitorum præstationem se adstringere non vult, hos in
 Instrumento securitatis diserte & expressis verbis excipiat,
 quod etiam laudat, Dn. Herrius d. l. §. 12. unde non spe-
 cificatos nec singulariter exceptos sub regula contineri,
 concludimus. Sed quæstio nostra saltem simplicè casuum
 fortuitorū, nulla facta periculi determinatione suscepio-
 nem, respicit, ubi ad insolitos casus Asssecutores etiam
 teneri nobis probabilius videtur, idq; partim ideo, quia spe-
 cialia sub generalibus comprehenduntur, L. 147. de R. J. L.
 79. de Leg. 3. partim etiam quod omnis casus fortuitus, inso-

D 3

litus

litus reputetur, *L. 15. §. 2. locat. tum* denique quod casum fortuitum suscipiens, cum insolitum quid agat, non possit non de insolito cogitasse *L. 78. §. ult. de Cont. Empt. Bach. ad T. vol. 1. disp. 9. thes. 6. lit. 1. Carpz. Const. 26. def. 3. Struv. cum alleg. Ex. 26. thes. 17. & quoad punctum Assëcurationis decis. Sabb. c. 16. d. 15. & 16. Stypm. cap. 7. num. 312. Scaccia de Assëc. §. 1. q. 1. num. 34. Dn. Stryck. in tr. de CC. S. 2. C. 2. num. 9. putat ad excludendam omnem dubitationem, satius esse, casuum insolitorum in apocha securitatis mentionem facere : *Dass er allen und jeden casibus fortuitis, sie mögen Nahmen haben wie sie wollen / sie mögen sich offters oder gar selten zu tragen / und also insolitis & insolitissimis wolle renunciïret haben.* cit. Dn. Stryk. *d. l. c. 9. §. 26.* quod & ante eum docuit Gail. *L. 2. O. 23. num. 20. & O. 52. num. 27.* major questio de casu insolitissimo, qui vel mille ut ait Carpz. *p. 2. Const. 26. def. 3.* aut centum annis, uti Brunn. *ad L. 78. §. ult. num. 9.* & Coccejus de *Claus. test. c. 1. n. 24.* loquuntur, contingere solet, v. g. si navis anchoris alligata, sub saxo vel promontorio quodam, alias tutissimo quiescens, exorto terræ motu ruptaque petra, inque inum mersa, infeliciter tacta, intereat. Quicquid vero in aliis juris materiis Carpzovio *p. 2. C. 26. d. 8.* Dn. Strykio *d. l. c. 9. §. 26.* Brunn. *ad d. l. 78. num. 10.* Coccej. *d. l.* hunc non comprehendi æquum videatur, nobis tamen præsertim in hoc negotio Assëcurationis, ubi intentio assëcurati omne periculum qualecunque demum sit, in alium transferre, seque ratione mercium omni modo securum servare, & quod alias ipse ferre deberet, loco suo alii imponere collimat, etiam ad insolitissimi periculi præsta-*

præstationem Assëcuratores obligatos esse dicemus, in genere enim de quolibet fato, etsi non in specie cogitarunt, & omni modo mihi persuasum habeo, si Assëcuratoribus casus ante memoratus expressus fuisset, hos eundem facilius, quam solitos suscepturos fuisse, in quolibet autem negotio ad id respiciendum est, quod verisimilius contrahentes facturi essent, ipse quoque Stryk. in *L. 78. §. f.* casum valde rarum contigisse faterur: cumque hæc res in praxi controversiam pati posset, bene sibi consulent partes, si consilium memorati Dni. Strykii *d. l.* sequantur & casibus fortuitis insolitissimis quoque renunciaverint.

§. X.

Diximus (2) futurum, unde non valet Assëcuratio in præteritum vel præsens tempus concepta, fit enim ob præcautionem damni, quod metuimus, metus autem non nisi instantis vel futuri periculi est, *L. 1. quod met. caus.* frustra namque extimescimus, quod jam tum præteritum, hinc si paciscentes præcise Assëcuracionem celebrare voluerint, etsi forte alio modo sustineri conventio posset, ea tamen nullã obligandi vim, quicquid velit Perez *sub t. C. de Naus. n. 23.* producet, quod enim voluerunt non fecerunt, quod fecerunt noluerunt, irrita igitur erit obligatio. *arg. L. 1. §. 4. de pec. Const. & L. 3. de Reb. dub.* patet porro ubi casus sinister jam tum contigit v. gr. Navis antequam Assëcuratio fieret, naufragiã passa est, ad resarciendum damnum Assëcuratores nullatenus teneri, idque sine omni dubio, si Assëcuratus rei intereuntis notitiam habuerit, procedere statuunt Dres, quia talis non b. fide
igno-

ignorantiam simulans, sibi que de casu quasi incerto spon-
 sionem fieri patiens, egisse videtur Scaccia de
Comm. §. 1. q. 1. §. 156. Stracha de *Affec. Gloss.* 27. num. 5.
 sufficere autem verisimilem Asscurati scientiam ex fa-
 ma vel conjecturis desumptam, notat Dn. Hertius d. l. §.
 14. ubi quoque subjungit præsumi scientiam ex tempo-
 ris lapsu, intra quem nuncius ad asscuratum pervenire
 potuit, add. Grot. *introd. L. 3. c. 24. §. Verskering vom*
goederen. & totam hanc materiam præsumptæ scientiæ
 Judicis arbitrio relictam esse demonstrat. Card. de Luca
d. l. discurs. 109. num. 3. Ast major difficultas superest,
 quando uterque fatalem casum contigisse penitus igno-
 rat? & quidem communiter Dbus Asscurationem tunc
 valere placet Struv. *Cap. 16. decis. sabb. 4. cum alleg.* Stra-
 cha *d. l. num. 2.* Scaccia de *Comm.* §. 1. q. 1. p. 2. *ampl. 10.*
 Perez. *sub tit. C. de Nauf. num. 23.* Grot. *in Introd. juris*
Holland. L. 3. c. 14. d. §. Verskering Card. de Luca *d. l. n.*
 4. quæ sententia abinde, quod in ejusmodi conventionione,
 spes loco rei sit. arg. *L. 3. §. 1. de Cont. Empt. L. 3. §. f. de*
peric. & comm. rei vend. confirmationem accipit: Verum
 hic mihi Interpretes duas ab invicem separatas quæstiones
 confundere videntur, aliud enim est an talis conventio,
 qua tu me ratione mercium, quas maris periculo cre-
 didi, securum fore promittis, subsistat? Alia an ea, ut asse-
 curatio sustineri queat? prius inficias ire nolim, sustine-
 bitur enim vel ut sponso. (etsi id negare audeat, Card.
 de Luca d. l.) ad quam incertitudo nuncii futuri, quod-
 que ratione ejus uterque metum patiatur sufficit
 Zocf. *sub tit. de Aleat. num. 10.* vel ut contractus in-
 nominatus, aut alia pro re nata conventio. Posterius au-
 tem

tem omnino negandum esse, mihi persuasum habeo, quoties enim merces jam tum interierunt, nulla amplius salvandarum spes superest, hæc enim ad minimum præsupponit Objectum possibile, aut illæ post naufragium penitus esse defierunt, & ipsa Assesurationis definitio, mercium existentiam tempore Assesurationis omnino prærequirit, eaq; casum futurum, non præteritum, ne conventiones diversas temere confundamus, intuetur, Assesurator insuper rerum transvehendarum periculum suscipit, quale non est, si propter naufragium esse defierint, respicit enim conventio eventum, qui vel fortunatus vel infortunatus existere potest, quale quid de rebus deficientibus nullatenus dici valet, neq; sufficit ut merx intentionaliter exstet, arg. L. 58. de Cont. Empt. L. 69. de V. O. Add. Marq. de Jur. Mercat. L. 2. c. 13. num. 28. & hæc quoque ratio est, cur praxis Barav. ejusmodi Assesurationes nisi factæ fuerint *op goede ende quade tyding* / non admittere soleat, Groenevv. ad Grot. Intr. c. 1. quamvis revera loquendo, uti ex antedictis apparet, nullo modo hujusmodi conventio ad speciem Assesurationis referri queat, sed naturam simplicis sponsonis, quæ super futuro tristi aut acceptabili nuntio fit, sapiat; Unde etiam sua sponte fluit Assesurationem non subsistere, si navis jam tum portum feliciter attigerit, salvæque merces reperiantur, implicat enim securitatem fieri pro periculo quod frustra meruitur & penitus evanuit, Ricc. dec. 837.

§. XI.

Sane non tantum ad periculum incertum referimus, si navis ab hostibus, aut ab adversa tempestate mer-

E

ces

ees, damnificentur, sed etiam quando à piratis vel hostibus ablatio contingit, neque Assécutores navim, propterea esse confiscatam, quia Assécutus ejus sit nationis qua cum capientibus bellum sit, excipere, ipsumque culpæ arguere poterunt, nam bellum publicum universorum quidem, non vero singulorum culpæ adscribitur Card. de Luca *d. discurs. 109 n. 7.* Quod & procedere autumamus, licet vis injusta intercedat, puta navis quasi vehat *contrabando*, eum talibus mercibus onerata non sit, confiscetur, nulla enim hic Assécutati culpa est, proindeque factum hoc injustum, casui fortuito annumeramus, uti contra Santer *de Asséc. p. 4 n. 26.* & *seqq.* & Marq. *de mercat. L. 2. cap. 13. num. 36.* bene probat Dn. Hertius *d. 1 §. 14.* est enim vis injusta & extrinsecus obveniens, inter casus relata *arg. L. 35. §. 4. de Cont. Empt. L. 14. de peric. & comm. rei vend. L. 11. 33. & 41. loc.* neque dubitatur casibus fortuitis accenseri jactum navis levandæ causa factum, quem sine contributione aliarum mercium salvatarum præstare tenetur Assécutor Struv. *c. 16. decis. Sabb. 15.* quo & spectat navium vi tempestatis nimis agitatarum, inter se invicem facta collisio, ex qua si Assécurata pereat, Assécutor obligabitur, contributiones autem seu dispositionem L. Rhodiæ e mercibus in altera navi servatis immerito prætendet, ita ex Cornel. Neost. *dec. utriusque Holland. decis. 48. Struv. c. 28. decis. Sabb. 13.* Dn. Hertius quoque *d. l. §. 11. ex Santer. p. 3. num. 61. Stypm. p. 4. c. 8. num. 335.* & *seqq.* bene monet, quod generaliter suscipiens casus fortuitos de omnibus indistincte, uti supra monuimus tenetur, si vero speciales tantum in instrumento con-

ven-

ventionis nominata fuerint, ad non expressos eum minime teneri, nisi generalis casuum fortuitorum susceptio, vel præcesserit, vel subsecuta fuerit, & exempli tantum causa, quod verba conventionis dabunt, casus quidam determinati reperiantur *L. 52. de F. O. L. 6. C. de Pign.* Ab universali quoque obligatione certus casus exprimi poterit & tunc exclusio unius, operatur inclusionem aliorum, imo datur & speciei intuitu certi subjecti restrictio, ut puta si quis in se susceperit repressalias, nisi iis usus fuerit. *v. gr. Rex Gallia. Stypm. d. l. num. 41.*

§. XII.

Quid autem si dolo vel culpa tertii puta Navarchi, damnum contigerit, an ne hoc quoque ab Assessoribus resarciendum erit? Et quidem si Assessoribus vel expresse, vel etiam generaliter negligentiam aut dolum nautarum in se susceperint, eos teneri, ut puta *daß sich Asscurans von allen in den Plag des Asscurati fälle.* vid. Dn. Hertius *d. l. §. 13* extra omnem dubitationis aleam positum est. In Assessoratione autem simpliciter facta, hos minime obligari plerique autumant, *Stypm. d. l. n. 316. Marq. de Jur. Merc. c. 13. num. 48. & seqq. cum alleg.* Dn. Herr. *d. l.* distinguit vero Card. de Luca utrum merces sint Navarchi, cujus culpa occasionem dedit casui, veluti quod ob mutationem itineris, non bene vestam navim, eam nimis oneratam, &c., interierint, & tunc utique iniquum foret Assessoribus teneri, siue culpa ordinata fuerit ad casum, siue non, quia alias culposus oblitum injustum factum contra innocentem actionem nancisceretur. *L. 3. C. de naut. fen. arg. L. 14. §. 3. de furt.*

aut merces ad alium quam Navarchum spectant, hęcque tamen simul à domino veluti Institor, ut curam & custodiam rerum transvehendarum gereret præpositus fuit, & tunc quia fides hujus Navarchi institoris probata est domino, etiam casus hujus culpa commissi, reparatio ab Assëcuratoribus peti nequit, habet enim quod sibi imputet dominus qui diligentiorē non præposuit, *arg. L. f. pro Soc. add. L. 1. §. 5. de Exerc. Act. L. 1. §. 2. eod. L. ult. §. 4. nau. caup. Carpz. p. 2. decis. 33. Struv. cap. 20. decis. Sabb. 10.* imo ne ad casum quidem refertur, quod culpa ejus cui cura commissā est, contigit *L. 5 §. 4. Comm. mod. L. 41. locat.* Aut denique Navarchus simplex vector est; Curæ autem & custodiæ mercium alius præpositus, & tunc si fidimus d. Card. culpa Navarchi vel rectoris non nocet Assëcuratis, dum enim alium negotio huic præposuerunt, eo ipso quod fidem magistro navis non habuerint sufficienter declararunt, neque ipsis quicquam imputari potest, quod merces ejus navi qui communiter, olim & nunc vir honestus credebatur commiserint: Verum etsi hanc sententiam quoque Scacc. *de Comm. §. 1. Q. 1. n. 165. Peretz. C. de Navic. n. 12.* aliisq; sequantur, ego tamen an huic tutò acquiescere possimus propterea dubito, quia Assëcurator saltem pericula casusque fortuitos suscepit, quibus nihil aliud quam damnum, quod ab aliis reparari non potest, intelligitur *L. 23. in f. d. R.* competit autem Assëcurato pro recuperatione hujus, secundum diversitatem contractuum initorum vel actio mandati, loc. Cond. leg. Aquil. aliave ex circumstantiis negotii resultans, ut taceam Assëcuratorem saltē, periculum à Domino ferendum sustinere, qua-

quale, quoties regressum adversus nautam habet, subesse non creditur. Interim si generalis foret periculi susceptio verbo addito; *Quorumcumq;*, aut barrataria tantum h. e. dolus vel præordinatio Navarchi ad suscipiendum merces, dominoq; præjudicandum, puta si studio loca periculosa præternaviget, aut inducat in Navim publicanos, quo merces prohibitas inveniant. add. Odd. *Conf. 31.* saltem excepta fuerit, opinionem Card. de Luca *discurs. 106. num. 28. & seqq.* D. Schrag. *d. l. §. 43.* tanquam veriores sequeretur, ubi igitur merces deterioratæ sunt, vel perierunt, ex mala qualitate vasorum, ex humiditate, vel etiam quod frumentum in navi non fuerit motum, cum illa cura ad Institorem præpositum spectet, Asseratores non obligabuntur, Card. de Luca *d. l. disc. 106. n. 34.* Marq. *d. l. n. 49.*

§. XIII.

Objectum (3) constituunt merces transvehendæ, qua in re duplex inspectio est, (1) quænam Asseracionem admittant. (2) quæ sub Asseracione generali veniant, quod prius spectat, mercis nomen hic pro qualibet re mobili juxta *L. 66. ff. de V. S.* sumitur, ad quemcumq; demum sive Privatum sive Republicanum, Ecclesiam, Universitatem ea pertineat, hinc rerum immobilium quidem est indemnitas promissio, non tamen Asseratio & qui præmio accepto debitorem meum semper solvendo fore promittit, fidejussor indemnitas *vid. L. 6. de Novat.* quicquid velit Scacc. *d. §. 1. Q. 1. n. 439.* non Asserator, cum non agatur hic de re de loco in locum transvehenda, dici meretur. Interim etiam pecuniæ transve-

hendam Asssecurationem recte fieri admittimus, quamvis enim existimari posset, tunc aliud genus scilicet pecuniae trajectitiae subesse, tamen cum evenire queat, ut non creditor debitori securitatem spondeat, prout in Nautico foenore contingit, sed ut Dominus nummos suos alio mittere velit, horumque periculum tertius in se suscipiat, hinc nescio quid Asssecurationi obstet, nec facit si regeras: Id fieri non solere cum majori commoditate per literas cambiales, pecunia de loco in locum transportari queat, aut si quis suam potius pecuniam retinere, quam eandem mediante Cambio permutare, optaret? quid si tanta v. g. pecuniae quantitas, ad loca longe distita Exercitui sit mittenda, ut Mercatores eam cambiis suis adaequare nequeant? quod maxime tunc, si in locis hostilibus degat exercitus evenire solet: Et numquid Cicero in supra allegato loco, scilicet *Sec. 2. §. 1.* pecuniae Romae transvehendae periculum commisit Asssecuratoribus, ut Populo Romano cautum esset, neque ad mercis nomen, quod aliquando frictius in jure capitur, exacte respiciendum est, quamvis ea appellatio quoque pecuniae numeratae aliquando applicata fuerit, *L. 1. §. ult. L. 4. C. 5. ad L. Rhod. de jactu. junct. L. 2. §. 2. eod.* veritatem hujus sententiae agnoscunt. *Marq. de Jur. Mercat. L. 2. c. 13. num. 19. Struv. c. 16. decis. Sabb. 11. Card. de Luca theatr. Ver. C. Just. decis. 111. num. 7. Dn. Hertius d. l. §. 19.* idem judicium esto de libertate vel vita hominis Asssecurata, modo in casum periculi certa quantitas definita fuerit, quia alias utriusque nulla aestimatio foret, *L. 176. §. 1. de R. J. L. 13. ad L. Aquil. L. 2. §. 2. ad L. Rhod. de jactu.* Et si enim, inquit Struv. humanae vitae sufficiens aestimatio, nequeat
 assi-



assignari, commoda tamen & damna quæ ex illius brevitate vel longæ vitæ pendent, æstimationi subjacent. *c. 16. decis. Sabb. 9. & 10.* Ea quoque præcedente, non vita hominis vel libertas, quippe quæ commercium effugiunt, sed quantitas in Assècuratione est. Quorundam tamen locorum Statutis & Ord. ut Anrvv. & Amstel. id veritum reperiri notat. *Grot. d. c. 24.* hodie autem ejusmodi genus Assècurationis frequentissimum esse ex aliis observat Dn. Hertius *d. l. §. 20.* Scaccia *de Comm. §. 1. q. 1. n. 133. & num. 142.* ubi Assècurationis vitæ hominis formula reperitur. Cæterum parum refert Assècuratus mercium Dominus, aut bonæ an m. f. possessor fuerit, quoniam utriusque eas salvas manere interest *add. L. 28. de contr. emt.* nec facit in contrarium *L. 14. §. 3. de furt.* quia hic furtum se habet remote, conventio autem proxime, adeoque non tam ex illicito quam facto pactionis licito actio acquiritur: *L. 15. & 16. commod. jung. Struv. Ex. 19. th. 3.*

§. XIV.

Assècurationem autem non admittunt merces illicitæ v. gr. res aut naves hostium, aut hostibus destinata, & alia quæ vulgo *contrabando* vocantur. *t. r. C. quæ rer. export. non poss. Marq. L. 2. c. 2. num. 48.* Groenevv. ad *Grot. d. c. 24. num. 6.* per Ordinat. quorundam locorum nequeunt assècurari Stipendia militibus debita, Merces Nautarum, Vecturarum, Cibaria aliave quæ sua natura corrumpuntur, neque merces ultra dextrantem, ita ut semper sextans periculo domini naviget. vid. *Grot. d. l. §. Men mag allees* quod juri communi minus convenit.

ae pars octava, quæ juxta *Consulatum maris cap. 8.* sine Affecuratione relinqui debet, specialem ordinationem sapit, nihil enim prohibet super integro valore conventionem hanc inire Card. de Luca *theatr. Ver. & Just. de Cred. & Deb. disc. 107. num. 1. & 4.* quod si autem sine deductione partis statutariæ, in solidum Affecuratio facta fuerit, saltem nullitatem obligationis quoad summam excedentem, non vero concurrentem induci, probabiliter sustinemus. *arg. L. 1. §. 5. ff. de v. O.*

§. XV.

Quod secundum membrum supra propositum attinet, quæritur (1) an sub Affecuratione navis simpliciter facta etiam subintelligantur merces in ea contentæ, Placet aliis distinctio Marq. *L. 2. c. 13. num. 20. & seqq.* Utrum navis sit tantum ipsius Affecurati, merces alterius, an vice versa, merces Affecurati, navis alterius, an denique ad unum eundemque & merces & navis pertineat: Primo casu Navim tantum esse Affecuratam cum alteri obligatio non potuerit acquiri *L. 38. §. 17. ff. de v. O. §. 4. & 19. de inutil. stip.* neque etiam verisimile sit eum de præcavendo damno alieno sollicitum fuisse. Secundo non Navim sed Merces intelligi, ut continens pro contento ponatur, *arg. L. 6. de Off. procons. L. pen. de Pign.* nam quamvis voluisset, alteri stipulando prodesse, non potuisset. *§. 4. 7. de inutil. stip.* Posteriori inquit, Navim tantum affecuratam esse, quia verba ad declarandam voluntatem sint inventa & magis operentur quam præsumtio *L. 126. de v. O.* At ego crederem, etiam hoc postremo casu Affecuratores de mercibus quoque tene-

ri, verba enim ita sunt capienda, ne intentioni & menti contrahentium obversentur, quæ hic magis in præcautione periculi à mercibus, quam ab ipsa navi, versari videatur, stultissimus siquidem foret, qui sollicitus de parvo damno avertendo, maximum negligere vellet, ut ideo in Assècuratione, non tam Navis nomine, cujus interitus minime, quam Mercium, quarum dispendium maxime gravare potest, Assècurationem factam fuisse videatur, quicquid sit, cum hodie omnia exacte in pollice seu instrumento Assècurationis describi soleant, rara hac de re contentio erit. Sed quid si navis Assècurata à finitimo populo angariata fuerit, inque eo opere perierit tenebitur Assècurator? non puto, quia populo amico navim, urgente necessitate publica, Jure Gent. angariare permittitur, *L. pen. ff. de veteran. L. un. C. de Naut. Tyb. & Dominus navis ad hoc officium territorii Domino præstandū obligatur, abq; eo damnum obveniens recuperare potest, quo casu Assècurationem cessare supra docuimus.*

§. XVI.

Quæritur (2) si merces habeam cum alio communes, & Assècuratio mihi in genere fiat, num etiam ea ad res socii mei extendatur? Affirmat cum Santerna *de Assèc. pag. 3. num. 58. Marq. d. c. 13. num. 41. & seq.* Nobis negativa Vallasc. *Consult. 64. num. 12. Gamma. decis. 181. num. 4.* quos adducit Excellentiss. Dn. Hertius *d. l. §. 22.* sententia verior videtur, non tam ideo quia meæ merces tantum assècuratæ sint, socii autem pars mea non credatur *L. 68. pro soc. sed potissimum quia socii conventio alteri nec prodesse L. 86. pro soc. nec nocere potest, L. 82. d. l. nisi sint Correi credendi. L. 10. de duob. Reis. Struv. Ex 6. th. 49. in fin. Vinn.*

F

Select.

Select. quest. Jur. L. 1. c. 6. & denique quia non interest ipsius focii, alterius partem salvam esse, quod tamen alias ut pactum tertio profit, requiritur L. 23. Et 25. de Pact. quod posterius tamen in totorum bonorum fociiis quippe inter quos etiam quodcunque lucrum obveniens communicatur, secus foret, ibi enim interesse manifestum partis subesset. Quiritur (3) an rebus generaliter assecuratis etiam comprehendatur pecunia, quæ sub mercibus inclusa delitescit? Affirmat id Marq. L. 2. c. 13. num. 19: eo, quod mercis nomen ad omnem rem mobilem spectet L. 66. de V. S. Ego etsi supra Assecurationem pecuniæ admiserim, hic tamen dubitare incipio (1) quia versamur in materia inter mercatores plerumque frequentari solita, qui certe nunquam mercis appellatione solent intelligere pecuniam, sed res vendibiles, & pecunia æstimabiles, hac enim comparantur merces, non autem ipsa merx est; Quem morem usitatum, paciscentes respexisse, neque de nummis cogitasse videntur, (2) Assecutores ad enormem quantitatem quã numi latentes adæquare possunt, se nullatenus astringere voluisse præsumuntur, quod tanto magis (3) si ut alicubi locorum receptum reperitur, se non nisi ad determinatam summam obligare queant, procedet.

§. XVII.

Pertinet tertio ad objectum res *Alio* transportanda, unde sua sponte fluit quod rerum non existentium naviq; minime illatarum nulla sit Assecuratio: Pone enim, *Cajū* Assecurationem mercium suarũ ad quantitatem sex mille ducatorum obtinuisse, pro singulis centũ octo præmii loco promississe, nullas autem navi intulisse, eamq; ex post facto interiisse, hic quia deficit objectum, & dolose lucrum
 quæ

quærerere tentavit Assëcuratus, ipsa & Assëcuratio ces-
 abit nullaque erit Card. de Luca *d. l. discurs. III. num.*
4. Dn. Hertius *d. l. §. 17.* ubi ex p. prima consultationis
 Hollandicæ 234. Assëcuratorem periculi, hoc casu ne-
 quidem ad restitutionem præmii, imo Assëcuratum ad præ-
 stationem promissi firmiter teneri docet, idem esset si quis
 res maximi pretii assëcurari fecisset, & vilissimas navi-
 gio intulisset, nam etiam talis in dolo esse videtur, unde
 quoq; fluit quod Dres docent, duplicatam Assëcuratorem
 mercium invalidam censer, Stypm. *de Jur. Mar. p. 4. c. 7. &*
seq. Strach. de Assëc. Gloss. 3. & 29. num. 3. Card. de Lu-
 ca *d. l. discurs. 106. num. 18. & discurs. 107. num. 7. & 8.* li-
 mit, vero addit *in discurs. 106. num. 22.* ut liceat vere du-
 plicatam Assëcuratorem tunc recipere, quoties subest
 diversitas itineris vel periculi; Ubi rursus subintrat quæ-
 stio, an in prohibita duplicatione tota Assëcuratio, an
 vero saltem quoad summam excedentem corruat? quod
 posterius affirmat Card. de Luca *d. discurs. 107. num. 3.*
 quoties diverso scil. tempore Assëcuratorem à pluribus
 Personis factæ sunt, priores quoad summam expressam con-
 currentem validas, posteriores vero quoad excedentem
 irritas esse, statuens.

§. XVIII.

Fit autem transportatio mercium, Curru aliove
 Vehiculo per terram, Navi vero per mare, ubi sciendū (i)
 quod Assëcuratio vel in genere respiciat nautas, aurigas-
 ve, vel in specie hunc nautam aurigamve Johannem, pri-
 ori casu indistincte tenebitur Assëcurator, modo si
 restrictio ad nationem certam fuerit facta v. g. nauta An-
 gli-

glicanus electus fuerit, vid, Dn. Lynck. d. 472. Ziegl. de
Jur. Majest. L. 1. cap. 41. §. 27. posteriori vero si pro nau-
 ta aut auriga Johanne electus fuerit Titius, mercesque
 postmodum fato interierint, ad indemnitate[m] Assicura-
 tor non obligabitur, fortunæ enim unius magis sæpe
 homines quam alterius, uti exemplo lusus patet, fidere
 bonumque suum superstruere solent homines, Assecu-
 ratio siquidem hoc respectu strictissimæ interpretationis
 est, neque de persona ad personam extenditur Giurb.
*Observ. 72. num. 7. Card. de Luca rr. 3. tom. 4. de Cred.
 & Deb. discurs. 108. num. 6. & 7.* Notandum (2) quod
 etsi navis nomine generaliter accepto etiam schedia &
 scapha veniat *L. 1. §. 6. de Exerc. Act.* vid. Struv. *Ex. 20.
 th. 9.* tamen ubi certæ magnitudinis electa fuit, non te-
 neatur quis, si minori navigio merces suas crediderit As-
 securatus, eo quod naves minores præmajoribus, & à tem-
 pestate & à piratis majus periculū sustinere soleant, neque
 alias verisimiliter obligationē periculi suscepturus fuisset
 Assecurator; quoties vero in genere navis mentio facta
 fuit, ea intelligitur, qua communiter in transvehendis mer-
 cibus uti solemus, recte enim scribit Card. de Luca *d. l.
 num. 6. & seqq. item discursu 110. num. 3.* Assecuratio di-
 citur stricti juris, ad limites verborum strictissime intelli-
 genda, adeo ut facta super navi non capeat merces onera-
 ras, super fregatta, Barqua, brigantino. parva cymba, cum
 isto casu dici valeat, quod Assecurator voluit unius & non
 alterius generis navium fidem vel fortunam sequi, ex
 generica ratione frequentioris periculi, cui subjacent ma-
 gis parva quam magna, tam ratione tempestatis, quam pi-
 ratarum &c. add. Ziegl. *d. l. §. 26.* Si in Scapham exoneran-
 dæ

de navis gratia, quo quis tanto facilius portum intrare queat, merces illatae sint, exque interierint Asssecuratoris periculum suberit, qui perinde tenebitur, ac si merces in navi periissent vel ejus levandae gratia ejectae fuissent. *arg. L. 4. ad L. Rhod. de jactu*, contributio autem à reliquis mercatoribus, quorum merces in navi servatae sunt faciendae, obligationem Asssecuratoris minuit, *arg. L. 57. d. R. 7.* quod si vero alia de causa exoneratio facta fuerit, quid obtineat ex supra dictis facile colligi poterit.

§. XIX.

In transportatione autem inspiciamus (1) terminum à quo (2) cursum seu iter ipsum (3) terminum ad quem, & quidem in his rebus, quod contrahentes in pollice expresserunt exacte observandum erit, unde si cursus alio dirigatur quam in conventionione designatus erat, isque infortunatus fuerit, id Asssecuratos onerat, *Ziegl. d. §. 26.* si vero nihil convenerit recta via iter fieri debet *L. pen. C. de Navic. L. pen. C. de naut. fen.* merces à tempore translationis in navi usque dum in loco, ad quem destinatae sunt, exoneratae fuerint, periculo ipsorum Asssecuratorum esse, Dres volunt, *add. L. 1. C. de naut. fen.* unde si etiam in portuante susceptum iter, navis fulmine tacta, vel impetu tempestatis everfa aut à piratis rapta fuerit, id Asssecutores onerabit, Asssecuratus enim ideo securitatē sibi fieri curavit, quia maris incerto sua credere noluit, adeoq; quam primum mare merces continet periculū Asssecurantis erit, ex *Loccen. Ruland. Dn. Hertius d. l. §. 25.* ubi insuper docet, quod in pollice conventio de portu in portum facta statim quidem periculum à tempore importationis in Asssecuratorem transferat, desinat autem in merces portum ad quem salvae attigerint, etsi expor-



50
tate non fuerint: respiciendum tamen in his similibusve ad statuta & ordinationes locorum, quibus hac de re plenarie prospectum esse solet. Add. Grot. *d. l. 3. c. 24.* Ordinat. Philippi II. Hispan. Regis *ar. 13.* Ordinat. Antvv. *de Affec. art. 13.*

§. XX.

Forma Substantialis hujus conventionis generaliter consistit in consensu. *arg. L. 1. §. 3. de Pact.* qui si deficiat vel à parte Assessoratoris aut Assessorati nihil in Esse ponitur, uti latius pater ex iis quæ deduxit Card. de Luca *d. l. discurs. 110.* in specie vero quatenus Assessoratio in certum genus contractus transit, ea, quæ vel ad stipulationem vel ad contractum innominatum &c. in jure essentialiter requiruntur, nostra quoque desiderabit, quæ de re non est hic differendi locus, sed ex suis quæque sedibus materia erit addiscenda, est autem consensus ille in præstationem æstimationis mercium intereuntium directus, quæ æstimatio si est expressa, res dubium non habet, sed quantitas determinata præcise præstanda. Card. de Luca *d. l. disc. 108. num. 12.* nisi quod restricta ad merces, ut puta: Assessoro merces quæ valent tria millia, probationem valoris præcise exigat. Luca *d. l. discurs. 108. num. 14.* si minus, non quanti vendi potuerunt, sed quanti res comparatæ sunt quia detrimenti non lucri præstatio est *L. 2. §. 4. ad L. Rhod. de jactu.* restitui ab Assessoratoribus debet, habita tamen ratione ejus portionis, quam periculo Assessorati, ex ordinationibus certorum locorum hodie navigare diximus. Card. de Luca *d. l. discurs. 106. 107. & 108.* quæ sententia admitti poterit, si convenerit in genere, ut indemnitas ferretur Assessoratus, ceterum si quod communiter fieri solet

¶ et salvas fore merces in aliquo loco v. g. Amstelodami
affirmaverit, ejus loci & temporis quo ordinarie illuc
pervenire potuerunt paciscentes, æstimationem respexisse
creduntur *L. f. ff. de Cond. trit. l. 60. de P. O. L. s. de eo
quod cert. loc. jung. Dn. Hertium d. l. §. 20.*

§. XXI.

Sed elegans hic subintrat quæstio, an si Assicura-
tione facta, & mercibus ab initio æstimatis ex parte
interierint, pro parte vero servata fuerint, commodum
servatarum quatenus nimirum in loco ad quem appule-
runt plus valent, cedat commodo Assurantium, ut vel
plane non, vel saltem in minus teneantur? distin-
guendum nobis videtur, utrum diversæ fuerint, diver-
sarum mercium Assecurationes, v. g. merces sericæ æsti-
mata ad duo millia, merces lanæ ad tria millia, neque
tamen coadunata in universon summa, & tunc hæ
servata in compensationem intereuntium, deduci ne-
queunt, quælibet enim Assecuratio res separatas re-
spicit, easque non egreditur. Quoties vero in univer-
sas merces, quasi per aversionem una constituta summa
est, certe hic æquitas distinctionem suadet, utrum
summa illa habito respectu ad pretium loci in quo
merces appulerunt, adhuc salva sit, nec ne: priori casu
nullo modo posteriori vero utique ad defectum supplen-
dum tenebitur Assecurator, huc enim contrahentes ut
decem millia v. g. salva habeat Assecuratus, respexisse
videntur. vid. *Card. de Luca d. l. discurs. 108. num. 11.*

§. XXII.

Ad formam accidentalem spectat (1) pretii adje-
ctio, seu præmii determinatio, & quamvis communiter
Dres pretium ab Asscurato præstandum, ad essentiam
hujus conventionis pertinere velint, refutantur tamen
abinde, quod non repugnet ex mera liberalitate
intuitu mercium tuarum securitatem fieri, quod si
contingeret, dic an propterea aliud genus conventionis
& quale erit: deinde manifeste refragatur exemp. quod
legitur apud Livium. *L. 23. cap. 49. ibi: ut qua in naves
imposuissent, ut ab hostium tempestatibus, vi publico peri-
culo essent idem locus Suet. sup. alleg. cap. 18. negotiato-
ribus commeatus hybernos, invecuris, certa lucra pro-
posuit, suscepto in se damno, si cui quid per tempesta-
res accidisset, & quis, si caritas annonæ in certo
quodam r: gno foret, Exteri vero Negotiatores non saltem
ad apportandum frumentum invitarentur, sed etiam
sub fide publica, omne periculum adversæ tempe-
statis, piratarum &c. in se susciperet Rex, hunc eundem vi
promissionis Regiæ & Asscurationis factæ omnibus nego-
tioribus teneri, dubitabit? etsi rarissime hodie in-
ter negotiatores, quippe qui omnia spe lucri agere assueri
sunt; Asscurationem gratis fieri solere, facile largiar, inte-
rim sufficit tale quid, uti demonstratū, contingere posse,
indeq; præmium hocce, non ad substantiam referen-
dum esse sole clarius patere, neq; necessarium est ut
illud præcise in pecunia numerata consistat, sed aliam
quamlibet rem æstimabilem admittit Marq. d. l. L. 2. C.*

13. n. 69. & seq. æquivalens quoq; debet esse periculo præ-
 tium, quale ab incertitudine ejus diversitate loci & tem-
 poris, susceptione omnium vel saltem quorundam ca-
 suum fortuitorum, modo augetur modo minuitur, ita ut
 plurima hic conventioni partium tribuamus Stryk.
de C. C. S. 3. C. 5. §. 29. etfi in nautico scenore nemi-
 ni centesimas usuras egredi permittatur *Nov. 110. junct.*
L. 26. §. 1. C. de Usur. unde *Nov. 106.* merito abrogatam
 indicimus Struv. *Exerc. 27. thes. 73.*

§. XXIII.

Ad formam accidentalem pertinet (2) scriptura,
 àn quam plerumque ut negotium præsens tanto melius
 determinetur, utque circumstantiæ omnes exacti-
 us exprimi queant, Asscuratio referri solet, hocque
 instrumentum vulgo dicitur, *die Pollice* / quod quidam
 à pollicendo eo, quod paciscentes se omnia sancte serva-
 turos promittant, vid. Dn. Schrag. *d. l. thes. 32.* alii à
 pollice derivatum autumant, quia uti pollex in manu
 reliquorum digitorum præcipuus & quasi basis est, ita ex
 hoc instrumento controversiæ tanquam ex fundamento
 super Asscuratione obortæ definiantur, inquit Stypm.
p. 4. c. 7. num. 36. & seq. quod abinde forte manavit,
 quia veteres ubi aliquid firmiter se observaturos sancte
 promiserunt, pollicibus vincis sinceritatem & animi
 intentionem magis indicabant, erat enim pollex pressus
 apud antiquos magnum favoris indicium vid. Panciroll.
L. 2. rer. mem. tit. 2. de Porcellanis, quicquid sit illud in-
 strumentum pluribus requisitis constat quæ singulatim
 à Stypm. *num. 89. Stryk. d. l. §. 30. Marq. l. 2. c. 13. num.*
 68. ex

68. ex quibus id recentiores descripserunt, traduntur, nos ordinem Dn. Strykii in C. C. S. 3. c. 5. d. §. 30. hinc inde tamen necessaria adjicientes, sequemur.


§. XXIV.

Inquit enim d. §. 30. Instrumentum Affecuratio-
nis sequentia continere solet. (1) Nomen Affecurato-
ris. add. quamvis mandatarius speciale mandatum ad As-
fecurandum habens cum Affecuratis pactus fuerit, tunc
enim utriusq; & mandantis & mandatarii nomen in in-
strumento exprimi solet, Card. de Luca *discursu* 110.
num. 1. (2) Nomen nautæ vid. supra *sect.* 2. §. 18. (3) No-
men Navis, nam si alii Navi immittantur merces As-
fecurator non tenebitur, qua de re nos latius egimus d.
§. 18. (4) Nomen loci ubi navis oneratur; Elegans ca-
sus est apud Card. de Luca d. l. *discurs.* 108. ubi inter
Affecuratum & Affecutores convenerat ut in portu
Neapolitano, oneratio mercium fieret, quæ tamen im-
pleta erat in Puteolano, & decidit, quod ob magnam
adjacentiam Civitatis Neapolitanæ cum Puteolano qua-
rum utraque ad ejusdem civitatis oras sit, apud externos
præsertim negotiatores, ille tractus pro portu Neapoli-
tano habeatur, adeoque ob damnum contingens in
portu Puteolano, nihilominus Affecutores ad inde-
mnisandum teneri, placet interim pro declaratione hu-
jus apponere quod idem autor num. 5. tradit: *Admitte-
bam ait ego scribens pro Affecutoribus Veritatem hujus
propositionis, utpote mihi prædilectæ, dicebam tamen
eam recte procedere, quando nulla urgeat probabilis ratio
inter unius vel alterius loci expressionem, adeo ut tota
questio*

questio deducatur ad eam solam verborum formalitatem, vel rigorosam significationem, de qua grammaticorum est disputare magna, & retexere questiones, sed ubi aliqua considerabilis differentia esse potest, quæ percutiat substantiam consensu seu voluntatis contrahentium, tunc formalitas verborum seu vocabulorum attendi debet &c. Sa-

pius enim contingere potest, ut in uno portu magis securæ sint naves quam in alio, & minori cum periculo mari committi possint, quod utique in materia Assécurationis ubi casus emergit respiciendum erit. (5) Nomen loci quo navis tendit *vid. Sect. 2. §. 18.* (6) Designatio mercium quales & quantæ illæ sint, quæ coram Notario & testibus consignandæ, subjecta simul æstimatione ne postea difficilis sit probatio, quod pro cautela commendat Marq. *d. l. L. 2. c. 13. num. 4.* jung. ea quæ supra diximus, quæque infra in sequenti sectione afferemus. (7) Nomina illorum quorum merces Assécurata *vid. §. 3. h. Sect.* (8) Tempus ex quo Assécuratio incipere & finiri debeat, *vid. de termino à quo & ad quem §. 19. hujus sect.* (9) additur liber cursus navis, seu magistro navis conceditur facultas dirigendi navem quaqua versum velit, sive ad dextram sive ad sinistram, ne postea Assécurator possit opponere non recte portum petiisse nautam *add. §. 19.* (10) susceptio periculi (*das Risiko*) cum speciali expressione casuum *vid. §. 9. & seqq.* (11) Exprimitur præmium Assécurationis, subjecta confessione illud præmium jam solutum scil. octo, novem, &c. pro quantitate periculi & distantia loci *vid. §. 22.* Neque tamen ut infra videbimus, ut pretii solutio præcedat præcise requi-

ritur (12) subieitur clausula, quod hanc Affecurationem intellectam velint, secundum stylum Curia Antverp. cum in ordinatione Antverp. omnes casus sint expressi add. quod Philipp. II. Hisp. Rex anno 1570. certam præscripserit formulam præcise in Affecuratione observandam vid. Dn. Schrag. *d. l. §. 34.* quæ tamen uti per se patet alias nationes non obligat, hinc alii alias Affecurationi leges dedere, quæ casibus eventibus præmissis inspiciendæ: Ubi autem exinde casus decidi non potest, ad jus commune recurrendum, addunt alii subscriptionem Affecurantium, cujus etiam mentionem facit Dn. Stryk. *d. l. §. 33.* formulas Affecurationis vero, lege sis apud eundem Dn. Stryk. *d. l. §. 33.* Marq. *d. l. num. 36.* Scacci. *d. l. q. 1. §. 1. num. 142.*



SECTIO III.

Effectus, Affinia, & Contraria continet.

SUMMARIA.

*E*ffectus Affecurationis primus est obligatio mutua, inter Affecuratos & Affecuratos, ubi ea, an si pretium solutum non fuerit, mercibus intereuntibus teneantur

tur contrahentes, discutitur & sub distinctione re-
soluitur. questio §. 1.

Secundus seu ortus effectus est Actio, pro diversitate As-
securationis varia vel unilar. vel bilateralis, ubi in-
simul exceptionem non numerata pecunia ab Assecu-
ratore ultra 30. dies opponi non posse. huncq. ad cau-
tionem cautionis quoties est paupertas superveniens,
teneri docemus §. 2.

Ad Actionis efficaciam mercium in navim illatio, earumq.
casu fortuito facta amissio, desideratur, & quomodo
probatio ista rite peragatur? item an si spes recupe-
randi merces supervit, actio cum effectu intentari
queat? §. 3.

Judicem modumque procedendi, ad quid respicere, quosq.
in consilium adhibere debeat prescribit. §. 4.

Inter Affinia (1) fœnus nauticum (2) contractum cambii
maritimi (3) sponsonem, (4) Bodmeriam &c. in §.
5. & 7. referimus.

§. 6. de contractu quem DD. Trinum nuncupare solent,
agit

Contraria communia. §. 8. ubi quid de remed. L. 2. C. de
resc. vend. sentiendum sit? indagatur.

Et singularia §. 9. exponit.

§. I.

EX Conventione hac oritur primo obligatio efficax,
quæ Doctoribus dicitur effectus primus, tam Assecu-
ratoris ad indemnitatem præstandam, quam Assicura-
ti ad præmium Asssecurationis solvendum, hic gravissima
illa, de qua Ruland. integrum consilium scripsit, von Er-

G 3.

ledis

ledigung einer in Affecuranz Sachen vorgestellten schweren Frage/ discutienda venit quaestio, num si ante casum subsecutum pretium hoc ab Affecuratis praestitū non fuerit, Affecuratores ad indemnitatem firmiter teneantur, & quidem quid Ordinationibus nonnullorum locorum hac in re specialiter constitutum sit, cum ea à cit. Ruland. alleg. conf. adducta sint, nunc nullatenus morabimur, Juris saltem communis dispositionem circa praesentem materiam indagantes, difficultas autem ex errore circa naturam hujus contractus manavit, dum enim Affecurationem inter Contractus innominatos esse referendam, communiter existimatum fuit, & vero in his ex dispositione juris poenitentiae locus est, *L. 5. §. 4. de P. Verb.* non potuit non, quicquid regerat *Struv. Ex. 36. thes. 48.* negativa Rulando placere, Nobis quaestio haec ex natura Conventionis determinanda videtur, quoties igitur paciscentes contractum innominatum do ut facias, qualis à datione initum sumit, nec ante ullam obligationem parit, vid. *Mev. p. 8. dec. 216. seq. D. Lynck. dec. 1390.* inire voluisse constat, evidens est, post interitum Affecurantum nullatenus obligari, dependet enim factum Affecurationis à praecedente pecuniae numeratione, sin stipulatio intercesserit, vel Contractus *Empt. Vend.* similisve poenitentia non admittetur, quia ante implementum, firma inde oritur obligatio *pr. 7. de Empt. Vend. tr. d. V. oblig.* idem est si hodie negotium in terminis nudae conventionis subsistat: & ex circumstantiis vel alias paciscentes simpliciter, nullo habito respectu ad impletionem, velle obli-

obligatos esse appareat, norum siquidem est, quod moribus pactum nudum deliberata mente initum, ob vim stipulationis interpretativæ actionem producat. Grænev. de LL. abrog. ad L. 3. de Rev. permut. Gudel. de jure Noviss. c. 51.

§. II.

Effectus ortus est resultans ex hac obligatione Actio, pro diversitate conventionum, modo Præscrip. verbis, ex stipulatu, Empt. Vend. Locat. Cond. &c. qua mediante Asscuratus ejusque heres, vicissim Asscurans cum heredibus, Prior ad præmium Asscurationis, Posterior ad indemnitatem exhibendam, secundum Legem Conventionis vel Contractus naturam tenetur, aliquando tamen, ab una tantum parte, veluti quando donandi animo quis Asscurationem fecit, efficax oritur obligatio, ubi, quod quando Asscurans se præmium Asscurationis acceperit fatetur, is exceptionem N. N. P. non nisi ultra 30. dies arg. L. 14. §. 1. & 2. C. de N. N. Pec. opponere possit, notari meretur, nam etsi spe numerandæ pecuniæ acceptionem falsus fuerit, tamen quia pretium solvi magis Asscuratorum, quam ipsorum Asscurantium interest, hi ante præmium acceptum raro apocham exhibere solent, & hoc respectu magis tanquam Creditores qui præfato tempore excluduntur, quam debitores considerantur, hinc opinioni nostræ tam diu inhærebimus, donec immotis Juris fundamentis aliud edocti simus. varie circa hanc materiam dissentiant Dres: vid. Stepm. p. 4. c. 7. n. 515. Struv. C. 16. decis. Sabb. 17. cum alleg. Inter effectus quoque numerant

merant nonnulli quod Affecuratus adversus Affecuratore
susceptum agere possit, ad cautionem cautionis præ-
standam, fieret enim alias contra securitatis finem, cum
indemnitas non procuraretur, idque ad exemplum fidei-
jussionis indemnitas, ex qua fidejussores in reli-
quum tenentur introductum esse, *arg. L. 116. de V. O. L.*
8. §. 12. ff. de fidejuss. sed hoc non aliter admittimus,
quam si defectus bonorum superveniat, *L. 10. §. 1. ff. qui*
fatisd. cog. L. 4. ff. de Præst. stip. tunc si præcesserit, quia
sibi imputet quod ab initio sciens tenuem fortunæ ho-
minem admiserit, *L. 3. de fidejuss.*

§. III.

Ut autem Affecurati adversus Affecuratores effi-
caciter agere queant, mercium, quarum Amissionem
præcendunt, uti supra monuimus, factam in navim il-
lationem, deinde earum per casum fortuitum, vere vel
interpretative talem, puta si per injuriam Judicis vel et-
iam inimicitiam prædonum, damnum datum fuit hoc-
que præcaveri, aut reparari nequit, *L. 5. §. 4. L. 18. &*
19. commod. nisi forte posteriore casu, ipse Affecuratus
causam inimicitias dederit *L. 41. Locat. cond.* amissionem,
demonstrare debent, PRIUS ex Libris Scribæ navis
ranquam Notarii, quo de quantitate & qualitate mer-
cium tanto facilius constet, communiter probatur, Gi-
urba *Observ. 78. num. 4.* quibus utpote personis juratis
atque ad hoc officium destinatis, plena fides habetur,
interim tamen alia probandi via nullatenus exclusâ cen-
setur, posset enim alias Affecurator cum Scriba collu-
dere

dere vel Libris amissis, aut furto subtractis, medium probandi Asscuratis deficere; Idque verum esse autumo, quamvis Ordinatio alicujus loci de annotatione in libris Scribæ faciendâ disposeret, ea tamen non esset intelligendâ *exclusivè* sed saltem *demonstrativè*, quia facilitatem probandi viam statutum suggestit, alium vero probandi modum nullatenus eliminavit. Card. de Luca *theat. verit. & Justit. de Cred. & Deb. discursu 106. n. 16. & 17.* POSTERIUS, quia submersa navi etiam vetores plerumque fluctibus maris absorbentur, & pauci tristici eventus nuntii evadere solent, itaque demonstratio difficilis fit, maxime si de qualitate casus oborti quaestio oriatur, hinc verisimiles & leviores probationes, quales pro re nata haberi possunt, admittuntur, *arg. L. 5. §. 6. ff. de Re Milit.* multumque hic discretioni boni Judicis relinquitur. *add. L. 3. C. de Nauf.* ibique Brunn. Marq. *Lib. 7. cap. 13. num. 75. & seq.* qua de re eleganter egit Card. de Luca *d. l. discurs. 111. num. 12.* Illud quoque observandum quod quamdiu navis ab hostibus aut prædonibus capta, aut etiam damnificata redimi vel repari potest, actio adversus Asscuratores efficaciter intentari nequeat; etiamsi pretium redemptionis & impensas refectiois, quippe quas penitus amisit & rem redemptam ex nova plane causâ habet Asscuratus, præstare teneantur, notum siquidem est rem, quoties ejus recuperandi spes apparet non dici interiisse, aut conditionem periculi extitisse *L. 44. de Acq. rer. dom. L. 115. de V. O.* alias enim navis vi tempestatis exarmata, & fluctibus undique agitata, tandem tamen erepta, medio tempore perisille crederetur, quod absurdum est, diligentiam igitur

tur possibilem, ad quam obligatur, pro liberanda navi adhibeat Asscuratus, quam si frustraneam esse viderit tunc demum efficaciter Asscuratores convenire poterit, mire circa hanc materiam fluctuat Scacc. *de Comm. & merc. §. 1. L. 1. num. 149. seqq.* neque alii satis bene se expediunt.

§. IV.

Quod forum attinet, ubi specialiter singulare Judicium causis Asscurantium tributum non est, uti apud nonnullos populos obtinuit, & apud Belgas nota Camera Asscurationis est, ibi communem juris dispositionem intuemur, vi cujus Actor sequitur forum Rei *L. 2. C. de jur. omn. Jud. L. 3. C. ubi in rem Act.* Processus non ordinarius sed summarius & executivus est, rejiciuntur enim exceptiones quæ in continenti non sunt verificabiles ad aliud judicium, & recte quia Asscurantibus solenne est præmium libenter accipere pro mercibus, quæ salvæ ad locum destinatum appellarunt, exorto autem naufragio, in litibus patrocinium quærere, indeque duplex Asscuratis dispendium generare, *inquit*, Card. de Luca *d. l. discurs. 106. num. 5. & 7.* ita quidem ut moribus Italiæ si intra sex menses certus nuncius navis servatæ non audiatur, Asscuratorum condemnatio subsequatur Card. de Luca *d. loc. discurs. 106. n. 6.* & Stracha *Gloss. 30.* aliud tempus Hollandis determinare placuit, vid. *Grot. L. 3. cap. 24. §. in Bevalle.* Judex vero in dijudicando potissimum ad Instrumentum conventionis respicit. Card. de Luca *d. loc.* imo non raro quoque in causis dubiis consilium mercatorum adhibet, quod

quod Imp. Justinianus, non sine ratione, in causis maritimis olim etiam uti ex *Nov. 106. in pref.* patet, facere solitus fuit.

§. V.

Inter *Affinia* numeratur ab omnibus (1) *fenus nauticum*, quod tamen in pluribus ab *Affecuratione* differt, veluti (a) Illud inter mutuam & mutuarium celebratur, *Affecuratio* tertium admittit (b) prius pecuniam creditam, hæc vero mercem in genere respicit, (c) illud determinatam à jure quantitatem habet, nec usuras centesimas ex dispositione Justin. egreditur. *Nov. 110.* in hac pro circumstantia periculorum crescit ac minuitur premium, (d) illud solummodo, si credimus Gonzal. ad periculum naufragii spectat *L. 2. & 3. C. de Naut. fen. imo* etiam sine periculo creditoris fieri potest *L. 4. ff. L. 2. C. de naut. fen.* hæc omnem casum adversum continet Gonz. *ad cap. fin. X. de Usur. n. 5.* Pertinet huc (2) *Contractus Cambii Maritimi* qui per quandam speciem societatis contrahitur super Navi qualicumq; piscatoria, Mercantili &c. in qua unus erogat pecuniam, alter suam navim & operam. ita tamen ut navis Dominus vel alius negotiator erogantem pecuniam de sorte securum faciat, Card. de Luca *de Usur. disc. 3.* ejusmodi species tantum quoad nomen non vero rem ipsam *Affecuratio* dici meretur Card. de Luca. *de cred. & deb. disc. 111. num. 5.* nec tam merces quam potius fortunam navis respicit, hinc quoque perinde est, utrum pecunia quæ navigaturo ad negotiandum conceditur idem usque apportetur, an vero in merces quarum interitus postmodum subsecutus est, indivi-

qualiter versa probetur, suscipit enim pecunia functionem in genere L. 2. §. 1. de reb. cred. & parum refert (modo v. gr. mille in merces erogata fuerint) num illi præcise nummi, quorum Asssecurationem tu promissisti, an alii similes fuerint, inq; eo ab Asssecuratione differt, quæ probationem, merces asssecuratas navi impositas esse, juxta sup. tradita, requirit.

§. VI.

Addi meretur quod d. Card. de Luca num. 10. scribit: Est Asssecurationis species, inquit, qua apud Canonistas & Morales nimium frequens habetur, super eo contractu quem Trinum dicunt, de quo ad satietatem agitur eod. loc. de Usur. disc. 1. quod scil. fiat Primus Contractus societatis per quem dat unus alteri pecuniam ad negotiandum seu traficandum, ille vero qui dedit pecunias sub conventionione ut spe alicujus notabilis lucri ex illa negotiatione reportandi, curat se asssecurari sub certa mercede de periculo sortis, & iste dicitur Secundus Contractus, deniq; curat etiam aliam habere Asssecurationem de certo moderato lucro, aliud speratum remittendo Asssecuratori & iste dicitur Tertius Contractus Unde resultat terminus **CONTRACTUS TRINI** in quo dubitatio solum cadit, num fieri possit inter ipsosmet primos seu principales contractentes, ob fraudem quæ fieri posset usuris, sed ubi primus contractus Societatis fit cum uno, alii vero duo contractus duplicis Asssecurationis ex intervallo sunt cum tertio, tunc nemo est qui dubitet, hætenus Luca. Ego, sicuti Card. in hoc negotio tres diversas conventioniones esse agnoscit, ita societatem in suis terminis subsistere Asssecurationes autem subssecutas, sive à Socio, sive ab alio periculum

lum suscipiatur validas existimarem, neque tamen & hic crederem præcise necessarium esse, ut quis pecuniam societati destinatam individualiter pro mercibus emptis erogaverit, repetendum enim quod prius dictum est, pecuniam functionem in genere admittere.

§. VII.

Inter Affinia refertur (4) *Sponsio* quæ nominetenus tantum Affecluratio vocatur, revera autem talis non est, utpura, si super incerto eventu vel negotiationis vel navis vel fortalitiu obfessi, inter duos pluresve conventio ineatur, qua de re plene agit Card. de Luca, de *Usur. discurs. 36.* Struv. *sub tit. de Aleat. Cap. 16. decis. 11. fin. & Sabb. 20. seqq.* Referunt Dres ad Affinia (5) Contractum apud Hispanos frequentissimum, quoties bona magni pretii publice sub hasta venum exponuntur, ita ut Titius v. g. pro præmio sive à Venditore promisso, non saltem pretium rerum venalium intra justos valoris terminos augeat, sed & si nullus veniat se Emptorem fore promittat, qualis conventio itidem sustinetur, nam infrequens non est in licitando ordinarium rei valorem egredi. Struv. *cum alleg. cap. 16. decis. Sabb. 19.* Huc (6) non inepte Contractus Bodmeria Germ. *Bodmerer Rechts* refertur, nimirum quando pecunia Domino vel Magistro navis ea lege mutuo datur, ut eadem vel etiam alia qualibet res fungibilis, cum pacto fenore reddatur, & navis quousque ejus carina superest, in securitatem, pignoris loco teneatur, infecuto autem naufragio, fors cum fenore creditori pereat, Bodmeria itaque mutuum marinum trajetitia pecuniae constituit, quod actionem personalem conditionem scilicet ex mutuo transacto periculo, generat, obque additam hypothe-

cam, ex jure pignoris actio realis hypothecaria nascitur, vid. L. 5. qui pot. in pign. hab. quæ utique adversus quemcunq; navis possessorem efficaciter intentari poterit, add. Stypm. de Jur. Mar. p. 2. c. 15. num. 199. & caute tamen D. Stryk. d. Act. For. caut. Inst. sect. 1. m. 7. §. 28. l. §. 28. in fin.

§. IIX.

Ratione Contrariorum notandum Affecurationem vel summo jure natum impediri vel ab initio tolli, utroq; modo vel ex causis aliis contractibus communibus uti est (1.) Error. (2.) Dolus. (3.) Vis atq; Metus. (5.) Mutuus dissensus, de quibus hic nihil dicere attinet, cum ex aliis juris materiis, quomodo his viis aut ab initio conventio impediatur, aut obligatio summo jure nata tollatur constare debeat, vid. Stypm. de Jur. Mar. cap. 7. num. 707. & seqq. Jung. Struv. Exerc. 6. thes. 15. Exerc. 8. thes. 10. & 11. item thes. 27. & 32. cum seq. Ad causam communem quidem etiam spectat Remed. L. 2. Cod. de Resc. Vend. at id hinc exulare, jam supra monuimus partim propter incertum rei eventum ob quem læsionis allegatio vel probatio deficit, partim quod ea tempore contractus non adfuerit, sed postmodum demum subsequatur, partim denique quod sibi imputare debeat qui minus æstimavit periculum, quam alii facere consueverunt, neque abinde regula in hac incertitudinis materia desumi potest, cum sæpe qui excessivum aliquod præmium sibi stipulati sunt, fortuna favente, lucrum, ea invidente, damnum sentire soleant, plus Jurantium merces servari, minus exigentium interire & viceversa conservari possint, quomodo ergo in illis, quæ

quæ à mero fato dependent, tua industria quicquam conferet? Adde quod nec in talibus subsecuta læsione Minori succurri solet *L. 11. §. 4. & 5. de Minor. L. 11. C. de transact.* Struv. *Exerc. 8. thes. 44.* hancque sententiam Stypm. *de Jur. Mar. p. 4. cap. 7. num. 70.* Struv. *cap. 16. decis. Sabb. 18.* tuentur. Quod si vero merces, quarum nomine Asssecurationem suscipit, tanti non esse Asssecurator existimaverit, facilitati suæ habet quod imputet, cur non in eas melius inquisiverit, sane si error excusabilis est, ex alio capite ipsi succurretur.

§. IX.

Causæ singulares quibus impeditur Asssecuratio, sunt (1) si merces fuerint confiscatæ antequam Navis è portu anchoras solverit, aut eas exportari prohibitum fuerit, tum enim effectus exigendi præmium impeditur, cum mercium exportatio cesserit, Santer. *de Asssecur. p. 3. num. 22. & seqq. & num. 626.* ubi agitur, de casu quo Rex suis necessitatibus applicuit res. (2.) Navi vel penitus illatæ non sint, vel non nisi vilissimæ & nullius valoris loco pretiosarum surrogatæ fuerint, desinit enim tunc objectum (3) Si dolose duplicem omnium mercium Asssecurationem sibi fieri fecerit, permittitur enim hac via ut extra damnum constituatur non ut excessivum lucrum quis capiat. Tollitur vel in totum, si juri Actionis præscriptum fuerit; Quod cum omnes Actiones, quæ ex hoc negotio resultant personales sint 30. annis ex natura harum contingere opinantur *L. 3. & 4. C. de long. temp. præf. 30. vel 40. annor.* (2.) Si Asssecuratus in culpa

culpa ; aut Lex conventionis observata non fuerit, veluti si certo tempore puta Mense Maji solvere anchoras debuerit, is vero navigationem, usque ad finem anni distulerit, quo tempore magis inquietum & turbidum solet esse mare. Ruland. *de Commiss. & Commission. L. 2. C. 10.* aut alias res loco Assëcuratorum substituerit, Ruland. *d. l.* ab itinere deflexerit, &c. Denique in totum, vel in tantum, quatenus merces vel omnes vel pro parte saltem salvæ, portum ingressæ, locum destinatum attigerunt. Tantum de difficili Assëcurationis materia dixisse sufficiat, DEO interim pro exantlatis laboribus sit

Laus, Honor, & Gloria.

FINIS.





Lustris Genitorum virtutis & altæ
 Doctrinæ exemplum praeiuit; Huncigitur
 Pone sequi pergas, Magno sic magna parenti
 Gaudia ters, patriæ denique charus eris.

*Generoso ac Doctissimo Dno Auctori, Conuictori suo
 Suauissimo & Auditori hactenus sedulo, cum
 omnigena felicitatis appreciatione, adscribebas*

PRÆSES.

Fortes ac claros à Fortibus usque creati,
 En ! monstrat Specimen, Vir Generoso, Tigura.
TE Magno Bonitas ornavit Diva Parento,
 Quare, Tu Soboles, nil nisi Magna facis,
 Quæ, cum præ reliquis Giessena Academia laudet,
 Hinc quoque de Meritis glorior Ipse Tuus.
 Gratulor interea TIBI Forti à Forre creato,
 In quem non male sunt æra locata Patris.
 Gratulor ex animo TIBI KLETTENBERGE, Patrique,
 Quos mihi, ceu dudum, porro favere, precor.

*Hicce Generoso, atque Pra-Nobiliss. Domino F. A. de Kletten-
 berg, in Rhoda, Magni Parentis Magno, & ad ardua
 nato Filio, Auctori hujus Dissertat. Doctissimo, Fautori
 & Amico suo incertissimo, sic Honoratiss. de Studior.
 Profectibus, sibi ex Collegiis Institution. & Digestor. af-
 fatim cognitis, nec non erudite elaborato, & cum ap-
 plausu habito specimine, cum sincero omnigena prosperi-
 tatis voto, ex animo gratulatur,*

Georg. Ludovic. Handwerck / J. U. D.
 Advoc. Ord. Dicaster. Principal. Giessens. &
 Divers. Univerfit. Syndicus.

Doctri.

Doctrinam sectare Patris generosa propago
 Tendis, & id dignum laude, labore petis.
 Quid labor assiduus valet, & pallefcere chartis,
 Id praesens doctum Thema docere potest,
 Quaeque *secura* fiant tractas, jam perge *securis*

Sistere Reipublicae cuncta *secura* TIBI.

Hic paucis Generosus, atque Ornatissimo Dno. Auctori, Amico suo estimatissimo, cum de Assuratione feliciter disputaret, gratulabundus accinere voluit & debuit,

W. F. C. SETELS, Jur. D.

So zeigt HochEdler sein Beginnen
 Wiewohl bey Ihm treffdieses ein:

Von Edlen müssen Edle seyn/

Die gleicher Tugend Glanz gewinnen/

So ist mit Anmuth anzusehen/

Wie hochgepriesener Cedern-Zweig

Auch denen allerbesten gleich/

In angenehmster Blüthe stehen /

Was Freud/ wie leichtlich zu ermessen/

Der Hohen Etern Geist durchbringe

Da Er Asträn solch Opfer bringet/

So tieff ist meine Pflücht gesehen

Damit ich Ihme bin verbunden.

Der Himmel der bereits erfülle

Daß Weißheit zieret Helm und Schild.

Der mehre die beglückte Stunden.

Dieses setzet glückwünschend hinzu

Joh. Georg Söhneleu v Franckf. am Mäyn

DUM Specimen doctum Cathedrae jam siltis, Amice,
 Monstrasti studium juris & ingenium.
 Perge viam ceptam indefessa currere mente,
 Pergentem patrius jure sequetur honos.

Ita Generosus. Dn. RESPOND. Favori atque Amico certissimo, cum voto omnigena felicitatis devoto amicitus applaudit.

W. KLOZ, Mæno-Francofurtens.

Permultum laudis DOCTISSIME AMICE! mereris
 Dum scandis Cathedra culmen, magnosque labores
 Sacratos Themidi sacundo proferes ore.
 Gratulor ergo TIBI ex animi penetrabilibus imis,
 Et voveo, ut COELI DOMINUS Tua capta secundet,
 Teq; regat, quid agas, quod serviat omne JEHOVAE
 Laudibus, is rerum sit DUXq; CAPUTq; Tuarum.
 Ita Generos. Praenobiliss. & propter Eruditionem solidam aeq;
 ac morum integritatem PraeClaro Dno, Aut. & Resp. Fautori
 ac Commemali per dilecto gratulatur,

AMICVS.

QUAE secura fiant sanctor dum differis apte
 Favore cum solvet, Sacra Themis prerium.
 Infucatae amicitiae contestanda gratia Generosissimo Dno.
 Authori scribebar,
 M. LAMBERTI, Juliacens. LL. Stud.

Ergönn/ Hochwurehaffer/ daß ich Dich mag beehren/
 Auf Ehrerbietigkeit/ mit diesem schlechten Blat/
 Weil heut das Lahm/ Arhen muß selbst die Proben hören/
 So Dein gelehrter Mund erwehnt beyhm Disputat,
 Fahr ferner glücklich fort/ erwehre deinen Ruhm /
 Dß daß der Jugend/ Preiß Dir wird zum Eigenthum.
 Dieses setze dem Zrn. Autori hinzu sein
 Freund und Diener.
 GEORG. JACOBUS. HOEFFT, Hamburg.

ARes ingenuas labiis gustasse supremis,
 Sufficere hautquaquam quilibet ipse scier,
 Sed prodest solidum fundamen ponere in illis
 Sicut Amice! mihi TE potuisse patet.
 Ut pareatque aliis, cathedram conscendere tentas,
 Hinc vovere Tibi nescio quid jubeat.
 Haec pauca Nobilissimo Dno Respondenti apponere voluit
 LUD. ADOLPH. à SYVERTES.



Affiduo studio qui consecraris Amice,
Juris nonam Themidem nocte dieque sacram,
Gratulor ex animo, & magnam Tibi spondeo laetis
Commeritam laudem, quam feret ipsa Themis.

Hilse paucis Generosissimo ac Nobilissimo Domino Au-
thori, cum de Asscuratione summa cum laude dispu-
taret, gratulabundus accinere voluit

P. C. v. RULAND,
Meno-Francof.

Der Adel ist ein o / Das wird für nichts geschäget/
Wann es alleine steht / und keine Zahl vorher :
Wann Qualitäten man nicht vor den Adel setzet/
So gilt in Wahrheit er / als Jenes / nicht vielmehr.
Der Herr von Blettenberg will dieß zu Herzen fassen:
Wie sein Herr Vatter hat schon manche Zahl gefügt
Vor seine o / will Er auch Seine nicht bloß lassen/
Wann der Catheder Ihm heut Seine Brust vergnügt:
Aus Steymanns Rulands und Santernæ tieffen Büchern/
Sucht Er vor seine o die beste Ziffern aus/
Und die Asscuration wird ohne Reu versichern/
Dasi hundertfach sein o vermehret zieh' nach hauff.

Nie diesen wenigen wolle dem Herrn Autori
seinem wertheften Freunde glückwün-
schend sich bester maassen recommendiren

Deffen treuester Diener
G. A. INGRAM, LL. Cult.

VD 18

ULB Halle
004 591 461


3



f

TA → OL mw 1+4 Stück verknüpft





2. D. E. V.
DISSERTATIO JURIDICA,
DE

287/1
1708/1

JURE ASSECU- RATIONIS,

Som Assorantz Recht/
QUAM

DIVINA FAVENTE CLEMENTIA,
IN ALMA HAC LUDOVICIANA
PRÆSIDE,

DN. MELCH. DETHMARO
GROLLMANNO,

ICTO CELEBERRIMO, NEC NON PROFESSOR
JUR. ORD. h. t. FACULTAT. JURID. DECANO
SPECTABILISSIMO,

IN ACROATERIO ICTORVM SOLENN
HORA NONA MATVTINA
PUBLICÆ ET PLACIDÆ ERUDITORUM
VENTILATIONI SUBJICIET

DIE XV. MARTII M DCC VIII.
FRIDER. AUGUST. de CLETTENBERG
ET RHODA,

Aut. & Resp.

GISSÆ-HASSORUM,
Excud. JOH. REINH. VULPIUS, Acad. Typ. Ord.

